



Antiqvae Lectionis Tomus ...

Bipartitvs, In Qvo L. Vetera Monvmenta, Nvnqvam Visa, Pavclis Exceptis -
Quorum Catalogum versa pagina indicat

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1604

4. Theodorici Turingi I.iix. de S. Elisab.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64177)

143

THEODORICI
TVRINGI M
ORDINIS PRÆDICATORVM

Libri octo

de

S. ELIZABETH

Andreæ

REGIS HVNGARORVM

filia,

LVDOVICI

Landgrauii Thuringia,

Principis Hassiæ, & Saxoniæ, Comitis
Palatini, vxore

Nunc primum editi ex m. s. Codice Monasterii Rebdorffensis prope Aichstadium, &
ex m. s. membranis Monasterii S.


Magni ad pedem pontis
Ratisponensis.

Mar-

MS. J. 1. 1. 1.

SIV

27



Martyrologium Rom.

19. Nouembris.

Noppido Marpurg in Germania
depositio sancte Elizabeth vidua,
Andrea Regis Hungarorum filie,
qua pietatis operibus assidue intenta,
miraculis clara migravit ad Dominum.

Ad quæ Baronius notat:

Eius vitam à Iacobo Montano conscriptam
recitat Sur. tom. 6. De eadem Antonin. in 3.
part. tit. 19. cap. 11. Petr. in Catalo lib. 10. cap.
79. Crantz. histor. Saxon. lib. 7. c. 48. nouissimè
Marcus Vlyssipon. Minorita in Chrō. Ordin.
Min. lib. 9. c. 10. usq; ad 19. part. 1. Exstant du-
plices litteræ Apostolicae Gregorii Papæ noni:
priorē de inquisitione miraculorum eius ad E-
piscopum Hildesensem, & Abbates Mogun-
tinae diecēsis scriptæ anno octauo suæ sedis: po-
steriores vero de eiusdem canonizatione: ex-
stant in eius registro; illæ sub anno 8. num. 24:

istæ

145

istae sub anno 9. num. 91. quarum est exordium:
Gloriosus in maiestate sua. Hæc Baronius.
Trithemius in Chrō. Hirsaugensi anno 1231.
Eodem anno (1231.) 3. Calendas Decembr.
obit S. Elisabeth filia regis Hungaria, uxor
Ludouici Pii Thuringiorum, ac Hassonum
Landtgrauii quinti, mulier multarum virtu-
tum, & sanctissima conuersationis, sepulta in
Marpurg oppido Haßia, qua statim infinitis
miraculis clarescere cœpit. Eius gesta diffusè
cōscripta sunt. Hæc Trithemius, qui ibidē pau-
lo post, nempe anno 1236. hæc subiungit:

Anno Ernesti Abbatis V. quis fuit Domini-
ca Nativitatis 1236. in die Calendarum Maii
S. Elisabeth in Marpurg per Archiepis. Mo-
guntinum, & Treuerensem, & Episcopum Hil-
denshemensem Commissarios Apostolicos, de-
tumba subterranea leuata est in præsencia Fri-
derici Imp. & multorum Principum, Episco-
porum, Abbatum, Comitum, Prælatorū, No-
bilium, & ignobilium, quorum omnium nume-
rus adduodecies centena millia fuerat aestima-
tus. Ibi facta sunt coram omni populo infinita
miracula, ad sancti nominis eius inuocationem.

T Im-

N.S.J.J
m. 14
S IV
27

*Imperator primum lapidem de Sarcophagole-
uauit, & productam ex thesauris suis coronam
auream, sacro capiti S. Vidua reverenter im-
posuit. Corpus autem eius ad tumbam auream
reconditum est, quia per Gregorium Papam
nonum canonizata est.*

*In Epitome Bibl. Gesneri est mentio horum
s. librorum Theodorici.*

Molanus in Addit. ad V suardi Martyrolo-
gium die 19. Nouemb. hæc habet: In oppido Al-
lemanniæ, nomine Marsburg, depositio S. Elisa-
beth, Andreæ Regis Hungarorum filiæ. Hæc
construxit Xenodochium, vbi vidua pedes la-
uabat pauperum, manibus propriis abstergens
saniem abominabilium infirmorum. Hæc apud
Molanum, qui subiungit hanc annotationem:
De Elisabeth Examinationem vitæ & miracu-
lorum eius scribunt ad sanctissimum Papam
Gregorium Sifridus Episcopus Moguntinus.
Remundus Abbas Eberbacensis, & Magister
Conradus. Extant & alia de processu & ordine
Canonizationis m. f. in viridi valle. Epitomen
vitæ scripsit Theodoricus de Turingia, Ordinis
Prædicatorum, ex libris Magistri Conradi, Con-
cionatoris sanctæ Elisabeth. De eiusdem vita

excus

exudit Ceruicornus Iacobū Montanum Spi-
rensem Coloniae anno 1521. Hæc Molanus.

INCIPIT PROLOGVS IN

librum de vita beata Eli-
zabeth.

Vm de vita & moribus & morte
miraculisque beatæ ELIZABETH
perscrutari coepissem, oblata sunt
mihi quædam scripta de prædi-
ctis, videlicet LIBELLVS DE DI-
CTIS QVATVOR ANCILLARVM eius confe-
ctus. Litera quoque magistri CVNRAIDI de
MARTBVRG, quam de vita & morte, & mira-
culis eius domino GREGORIO PAPAE nono
scripsit. In quibus pura quidem & simplex fidei-
que consona veritas continetur. Veruntamen fa-
teor, in his meo non est affectui satisfactum. Non
enim in eis personæ & personarum genus, nomi-
na, dignitates, & officia exprimuntur; sed nec

T 2 pro-

MJSJJ

SIV

27

prouinciarum, locorum, temporumq; varietates,
& vocabula ad historiam pertinentium sunt de-
scripta. Quæ illi, licet nobis necessaria forēt nunc,
tunc sibi quasi notissima omiserunt.

Quomodo ergo legēti satisfacient incōpleta?
sed nec materiæ ad eandem rem pertinentis cō-
iunctio ibi est. sparsim cunctis positis, pro ut o
current memoriæ referentis. Sub iuramento
enī narrantium conscripta sunt, sicut dicta testi-
um recipi consueuerunt.

Legi præterea sermonem fratris OTTONIS
de ordine P R A E D I C A T O R V M doctissimi & de-
uotissimi viri : qui sic incipit : Mulierem fortē.
Et cuiusdam alterius alium sermonem qui inci-
pit: Ad decus & honorem. In quibus aliqua de-
gestis reperi breuiter introducta.

Respexi etiā Chronica scripta diuersorū in-
uenire cupiens, quod quærebā. Igitur cū non in-
uenire vbi requiesceret pes affectus mei, visitaui
Monachorum & Monialium monasteria, iui ad
ciuitates, castraq; & oppida interrogavi personas
antiquissimas & veraces. Direxi literas, historiæ
huius integratam, & rei gestæ veritatem in his
omnibus, & ab his omnibus inuestigans.

Anno autē incarnationis dominicæ millesimo
ducētesimo octogesimo nono à transitu B. EPI-

ZA,

ZABETH quinquagesimo nono, ad laudem eo-
rundem scribere incipiēs, paucissima de his, quæ
scripta habui deposui; sed incomposita & sparsa
composui: inordinata ordinavi: indistincta distin-
xi: & ornaui, prout potui, impolita. Multa interse-
rui, & apposui: & sicut cōgruere credidi, materiæ
adaptaui, personarum dignitates, nomina & offi-
cia, locorum vocabula, & tempora exprimendo.

Quædam sicut in scriptis reperi de verbo ad
verbum posui: & nonnulla etiam variaui, & vni-
uersa & diuersa in vnum colligens hoc opuscu-
lum compilauit.

Testificor coram Deo, & electis angelis eius,
me nihil in hoc libello posuisse, nisi quæ ex scri-
ptis probatorum habere potui, & nisi ea, quæ à
personis religiosis, & multum veracibus intellexi.

Quædam præclara audiui miracula, quæ
propter dubios relatores scribere formidaui.

Dignissimum quoque duxi (quod & feci) ali-
qua de pietate ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS LV-
DEVVICI LANDGRAVII eiusdem beatæ ELI-
ZABETH mariti, qui omnis bonitatis eius pro-
motor & cooperator fidelissimus exitit, annota-
re, quod hoc historiæ necessitas, & prosecutio
exposcebat.

Adhortantibus itaque quibusdam honestis
&

MJSJJ

om. b4

SIV

27

à Codex
 m. ex S.
 Magno
 (quem per b MINIMVS cum quadraginta duos in ordine
 literā M.
 in posterā
 notamus)
 legit; Theo
 dericus,
 b M. mini-
 mus & in-
 dignus na-
 tione Thu-
 ringus, cū
 plus quam
 sexaginta
 statu, &
 quadra-
 ginta duos
 in ordine
 compleui-
 sem annos.
 præsens o-
 pusculum
 scribere
 inchoau.

Pertractauit autem mente mea, solus omnia
 conscribens, emendandoq; describens plurima sæ-
 pius, caligantibus oculis, manu mea.

Distinx i verò ipsum in octo libellos propter
 multam materiam, ne prolixitas tedium genera-
 ret; quæ tamen nondum plenè exarata est, iuxta
 suæ exigentiam dignitatis.

Nam præter valde pauca, quæ omnia ad eius
 tumbam, aliasque meritis ipsius facta sunt, innu-
 mera miracula prætermisi. De quibus sanè tam
 prolixum opus, quam prænotatum est, confici
 poterat, & conscribi.

Postremò fateor me indignum incultè & se-
 miplenè hæc sublimia & grandia gratiæ opera
 protulisse; optans & sperans aliquem successu-
 rum, qui hæc legens & miserans, eruditiori stylo,
 & elegantiori eloquentia corrigens emendabit.

e M. His
 numerā-
 tur libri.

TITVL I.

Primus libellus continet statum virginitatis beata E LIZA-
 BETH ante matrimonium.

Secundus sanctimoniam matrimonii, & quadam praclara-
 gestio.

Ter.

Tertius de virtutibus & magnificentia illustris Principis
LVDEVVICI LANDGRAVII mariti eius.

Quartus de peregrinatione & morte eiusdem, & de his, que
beata Elizabeth post obitum eius pertulit.

Quintus de reductione ossium eius in THVRINGIAM: &
quid post sepulturam relicta eius egerit.

Sextus de transiuncta Elizabeth in Mariburg, & muta-
tione secularis habitus.

Septimus de perfectione virtutum ipsius eximia, & operum
humilitate maxima.

Olaus de morte eiusdem deuotissima, & canonizazione
solennissima, ac translatione glorioissima, & miraculorum multitu-
dine copiosissima; unde laus & gloria Summa Trinitati sit, per om-
nia secula seculorum, Amen.

M.S.J.J.
m. b.
SIV
27

INCIPIT^a LIBER PRIMVS HVIVS OPE, ris vitæ diuæ Elizabeth.

a M. Inci-
pit tratta-
tus de vi-
ta B. Eli-
Zabeth.

DE NOBILITATE PAREN-
tum ipsius, & de ortu eius cœlitus ostendo.

CAPVT I.

Et tempore quo PHILIPPVS SVEORVM DUX, fra-
ter HENRICI Imperatoris, & OTTO HAINRICI
quondam b BAVARIE & SAXONIE DVCIS filius à
Principibus contentiosè electi, quis eorum arcem
ROMANI obtineret IMPERIUM, periculose & hostiliter
discepabant; erat in c ALEMANNIA Princeps illu-
stris valde HERMANNVS THVRINGIE LANTGRAVIS vir utique stre-
nus

b M. Ba-
variae.

c Rebdorf.
in aliena
via.

152 Theodorici Turingi de S. Elizabeth Vngar. Regine,
nuus, & acer in hostes, OTACARI Regis BOHEMIAE consobrinus, qui
præfatos imperatores, nunc istum nunc illum promouens ac prouo-
cans alternam exacerbavit, & contra se in prælium concitauit.

In huius palatio & familia fuerunt sex viri milites, nataliciis non
infimi, ingenio excellentes, honestate morum virtuosi, cantilenatum
confectores summi, sua certatim studia efferentes.

Habitabat tunc in partibus VNGARIAE, in terra qua SEPTEM
CASTRA vocatur nobilis quidam, & diues trium milium marcarum
annuum habens censem, vir Philosophus, litteris & studiis seculati-
a M. appri-
mè.
b Reb.
Clingzor. bus a primæuo ætatis imbutus, Nigromatias & Astronomia scientiis
nihilominus eruditus. Hic magister b CLYNGSOR nomine ad diudi-
candas prædictorum virorum cantiones in THVRINGIAM per vo-
luntatem & beneplacitum Principum est adductus. Qui antequam ad
LANTGRAVIVM introisset, nocte quadam in YSENACH sedens, in area
hospitiū sui astra magna diligentia intuitus est. Tunc rogatus ab his
qui aderant, ut si qua secreta perspexisset, ediceret; Respondit: Noue-
ritis quod hac nocte nascitur REGI VNGARIAE filia, qua ELIZABETH
nuncupabitur, & erit sancta, tradeturque huius Principis filio in ux-
orem, de cuius sanctitatis præconio exultabit, & exaltabitur omnis
terra.

Ecce qui per BALAAM ariolum incarnationis suæ prænuncia-
uit mysterium, ipse per hunc præelecta famula suæ Elizabeth prædi-
xit nomen & ortum.

Regnabat tunc in VNGARIA ANDREAS Rex diuitiis clarus &
potentia, cuius vxor GERTRUDIS nomine nobilissimi DUCIS CARIN-
THIAE filia, ut præmonstratum fuerat a Domino, peperit filiam gene-
An. 1207. pit. ris sui decus. Quæ in Christo regenerata ELIZABETH nomen acce-
mo.

Nec multò post dicti Principis HERMANNI primogenito LV-
DEWICO optimæ indolis puer electa illa, illa Elizabeth sancta, adhuc
fugens ubera, Deinutu desponsata est.

Anno igitur a nativitate ELIZABETH quarto misit HERMAN-
c M. Mein-
hardus.
d M.
Berchta,
e M. Ben-
delibet. NVS LANTGRAVIS solennes ac nobiles vtriusque sexus legatos in VNGARIA pro regis filia in THVRINGIAM adducenda. Quorum princi-
pales erant COMES MENHARDVS de MVLVRCK, & nobilis vir WAL-
THERVS de VARILA, dominaque d BERHTA, relicta EGELOFFI de
Bemdeliben.

Erant

Erant procedentes cum comitatu & familia multa & apparatu copioso, pro ut tanta nobilitatis excellentia requirebat. Qui a principibus & Prælatis atque magnatibus, quorum transiere terras & terminos, cum summa honorificentia sunt suscepiti, tam in processu iteris, quam regressu. Venientes itaque ad castrum regis, a quoD PRES-
BVC^H dicitur iocundè & regaliter sunt recepti.

De transductione sancte Elizabeth in Thuringiam, & apparatu cum ea adducto.

CAPVT II.

ERAT autem Rex ANDREAS vir quietus & bonus. Regina vero mulier virtuosa & fortis, quæ fœminea cogitationi virilem animum inferens, regni tractabat negotia; filiæque transmittendæ procurabat necessaria. Datis autem nuncius muneribus regiis, præparati que omnibus, cum proficisci properarent, auro & argento & sericis inuolutam, incunabulo argenteo reclinatam, illis Paronymphis nobilibus praesentauit regina filiam suam dicens:

Domino vestro dicite ut animæquior sit, & valens, & ego eum maximis diuitiis, si dominus mihi vitam dederit, cumulabo.

Transmisit quoque cum filia vasa aurea & argentea multa, & magna & varia, & diadema pretiosissima, & ornamenta, anulos & monilia, multiplicaque vestimentorum paria, & dolium argenteum pro balneo filiæ, lectalia, b culturæ coopertoria omnia de serico, purpuræ & pano sericos multos, cum alia supellestili innumerabili pretiosa.

Addit insuper mille marcarum pecuniarum summam; nec non & alia promittens ampliora, si viuere contigisset.

Non sunt allata, nec visa talia, & tam pulchra pretiosaq; ac multa in Thuringia, qualia transmisit Regina cum filia sua. Gaudebat namque & gloriabatur de talis Principis nuptiis filiæ procuratis.

Regressi in THURINGIAM magnificè suscepit sunt. Ipla quoque regis filia sponso puero infantula apposita est, & quasi figura quadam futurum peragit nuptiarū. Enutrita autem est cum omnī studio, ut portuit & decebat.

a. M. regis
munifici-
um quod
Prespurd.
Intelligis
Presburg.

MJSJJ
m. h.
SIV
27

b calcitra;

154 *Theodorici Turingi de S. Elizabeth Vngar. Regina,*

Posthac anno euectio[n]is ELIZABETH tertio, Regina mater ipsi
& magnatibus & proceribus regni, in mortem ipsius malitiosè compi-
rantibus, crudeliter interfектa est.

H[oc] ita prælibatis secundum ordinem de vita & moribus, mira-
culis & operebus, mortisque transitu beatissimæ Dei filie & famula E-
LIZABETH, ad laudem ipsius quæ gesta cognouimus, scribendo profe-
quemur in nomine Domini nostri IESV Christi.

De admirabili eius infantia.

C A P V T III.

Mirabilis in sanctis & sanctus in operibus suis Dominus Deus no-
ster, electos suos inhabitans, operatur mirabilia in ipsis. Non e-
nim etatem in tempore, nec sexum discernens in corpore, iuxta de-
cretum inscrutabilis sapientiae sua perficit in ipsis opera ineffabilis mi-
sericordia sua.

Ipsa igitur sine quo nihil est validum, nihil sanctum, opitulan-
te, illustris & beata ELIZABETH adhuc infantula, nondum doli capax,
vel ratione utens, iam futurae in se perfectionis imaginem preferens,
frequenter ante altare prouoluta, pauplamento ore adhaerbat, genu-
flexione[s]q[ue]; multiplicans, complicatis manibus & erectis oculis, cele-
stibus, prout poterat, intendebat.

Ludens etiam cum coevis pueris saliendo CAPELLÆ appro-
piare solebat. Et cum intrare non potuit, saltum limina & parietes con-
tingendo osculis honorabat. Paribus in statu[m] se recomensurans,
prosternendo occasionem faciendo venias quererabat, velut postmo-
dum recognouit. In ipsis qui pueritiae congruunt ludis lucrandi spem
ad Deum contulit. Pauperibus pueris de lucro dabit decimam, aliaq[ue]
munuscula, easq[ue]; per hæc ad dicendam orationem Dominicam, & sa-
lutationem angelicam obligabat.

Agnoscatur in his operata diuinitas. Nam cum humanae natu-
ræ infantia per varia plerunque, proh dolor, decurrat inquinamenta,
qui quæso hæc in tantillo corpusculo, nisi sancti spiritus gereran-
tur adminiculor[um]. His aliisque sanctæ indolis insignita præludis nonum
etatis annum attigit, in quo dominus HERMANNVS pater sponsi sui
defunctus est.

De innocentia & sancta eius pueritia.

C A P V T IV.

Eli-

ELIZABETH autem sicut corpore, sic gratia creuit & virtute; in omnibus viis suis Deum cogitans, ipsumque præ oculis mentis habens, fideliter inuocabat, dulciter nominabat; omnes in ipsum sensus suos & accus pariter dirigebat; cultum & ornatum corporis, & vanitatem seculi declinabat. Quotidianum Deo per orationes votivas offerebat sacrificium, quibus quandoque non completis, dum dormitum ire cogetur, ipsas iacentis vigilanter implebat; memor Domini super stratum suum.

Videns tunc quomodo Christiani quique venerationis cultu Apostolorum fibi patrocinia prouiderent, pietatis desiderio accensa, castitatis amatrix, IOANNEM Euangelistam virginitatis custodem optabat habere patronum.

Præmissa igitur oratione supplici, ad electionem cum aliis humili corde acecessit. Et ecce nutu Dei iuxta desiderii sui votum primo, secundo, ac tertio APOSTOLVS se obtulit, ut concupitus. Quem tota devotione amanter amplectes, omni pietatis studio coluit; adeo ut quidquid ab ea in huius APOSTOLI nomine siue in iniuriis relaxandis, seu in beneficiis conferendis peteretur, nunquam negaret; sed hilari liberalitate mox præstaret.

Sanctificabat simplex puella conuersationis puritate diem sabbati, dominicis & festis diebus aliquid de ornatu corporis sibi subtrahens, sciens quod non in nitore vestium, sed in humilitate mentium diuinitas honoratur. Ideoque his temporibus ante meridiem pro Dei reverentia nec Chirothecas induit, nec manicas confuendo stringere consuevit. Cottidiè etiam quiddam sibi detrahendo suam studuit frangere voluntatem. Vnde in ludis puerilibus, cum successus prosperius, ut affloret, animum delectarent, continens se. Modò, inquit, in optimo successu, pro Deo dimittam.

In choricis quoque, semel circuiens, Sufficit, ait, mihi unus pro mundo circuitus, reliquos proles Christi nomine intermittam.

De incremento bonitatis eius.

CAPUT V.

CRESCERANT & nutriebant simul AGNES soror sponsi, puerula speciosa, & ELIZABETH virgo Deo deuota, cultaque, consimili ornabantur. Cumque decenter composita, & auro & gemmis coronata ex amore, subsequente relieta HERMANNI domina SOPHIA ad Ecclesiam processissent, & loca sua tenerent, mox ELIZABETH

V. 2.

ZABETH

N.B.
Morem
eligenzi
Patronum
Apostoli.

ANJELI
m. b.
SIV
27

ZABETH coronam de capite suo deponens, & iuxta se collocans ad caput non reposuit nisi diuinis officiis consummatis. Et dura super hoc socrus admirans loqueretur, eidem respondit: Absit ut in conpe-
tū Dei, regilq; mei Iesv Christi, quem spinis coronatum alpicio, ego
res viles & lutea, fastu elationis coronata appaream.

Vulnerauerat iam tunc charitas tenerum cor, gladiusq; domin-
icæ passionis pertransierat eius animam delicatæ, cuius de spectu tanto
opere conabatur se conformare.

Eran tunc in aula potentes quidam SECRETARI, piis eius acti-
bus inuidentes, qui amaris verborum iniuriis eam afficiebant, & pro-
teruis insultationibus eius teneritudinem perturbabant. Ipsaq; socrus
eius, sponsaque soror, fastus secularis affectæ honoribus, longe ab hu-
milis ELIZABETH moribus discrepabant. In quorum omnium medio,
velut lilium inter spinas, innocens ELIZABETH, florens & germinans
pungebatur aculeis, sed humilitatis ac patientiae fragrans suavitatis
diffundebat odorem.

In mansuetudine itaque impropria sustinens, inclinavit caput
suum, nec ambulauit in magnis; sed cum pauperibus sermocinatio
eius, & cum ancillis semper & pedissequis conuersatio eius fuit.

Quis in huius tenellæ ætatis corpusculo tantum munus gratia,
& virtutum opera non obstupecat? qualis putas est futura adulta, que
talis est in pueritia? Quis, vt æstimas, erit in sapore fructus, cuius odor
sic fragrat vernans in flore? vtique quæ misit radicem deorsum, faciet
fructum sursum; afferet fructum multum, faciet multa opera bona,
& maiora horum faciet, & de fructu manuum suarum plantabit vine-
am, palmites meritorum, botrosq; gratiarum cum vino suavitatis per-
petuæ germinantem.

De his que in Adolescentia patien- ter sustinuit.

CAPVT VI.

Tansactis itaque tam innocenter, quæ humiliter pueritiae annis,
cum iam adolescentia confinia cepisset attingere, augebatur,
quidem intrinsecus per spiritum mentis deuotio; sed & insurrexit ex-
trinsecus per seculi malitiam valida tribulatio.

Nam cum nubilis facta esset, & à cognatis, proximis, vasallis, &
confiliariis sponsi sui, qui eam diligere, & ci potius obsequi teneban-
tur,

tur, manifestas persecutions perpetua est; SALVATORIS exemplo, aduersus quem impii mala pro bonis, & odium pro dilectione posuerunt.

Machinabantur frustra, ut repudiata regi patri suo remitteretur; eo quod minus, quam decuerit dotis accepit. Afferentes quod & documentum pinguorem, & potiora adiutoria posset per filiam cuiuspiam viuinoris Principis obtainere.

Ipsa etiam domina SOPHIA satagebat operose, vt in aliquo religio COENOBLI MONIALIVM collegio iungeretur.

Inter haec Elizabeth exul à domo patria, & huius mundi peregrina, cōtempnū se haberi perpendens, medullitus ingemiscens, con fugit ad Dominum, tribulationemque suam ante ipsum pronuncians, bonitatis diuinæ dispositioni per omnia se subiecit.

Ancillarum & pedissequarum ex more gaudebat consortio, & cooperabatur obsequio, in tantum ut socrus ei deditigans diceret: Nō in Principum dominantium, sed in seruarum famulantium numero fuisse debuita ELIZABETH computata.

In his aliisque abundantium opprobriis & superborum despectionibus, erat cor ELIZABETH fiduciam habens in Domino, qui & in se confidenti non defuit in auxilio oportuno. Occulta quippe inspiratione sua ad dilectionem exulis reginæ cor & affectum Principis sponsi tā efficaciter inclinauit, ut in solitudine secreti & mutui amoris loqueretur ad cor eius dulciter dicens sibi verba bona, verba consolatoria. Qui nimur ab initio solitus erat cūm aliunde redire tam allatis xeniis honorare, & amplexibus delinire.

*De dubio quod fuit de matrimonio beatae
Elizabethae.*

CAPVT VII.

Propter diuersas persuasions, variaque malignorum consilia nō nulli de nuptiis ELIZABETH dubitare coepерunt. Erant tamen in THYRINGIA quidam nobiles viri iusti, prædictorum machinationibus rationabiliter obſistentes. Inter quos fuit WALTHERVS de* VA- * M. Var- RILA, miles, vir bonus, qui à patre huic Principis destinatus in VN- gila, GARIAM, beatam ELIZABETH adduxerat in THYRINGIAM.

Hic vice quadam ad sponsum eius iter agentem accedens in campo dixit secrete: Placeat tibi ut loquar ad te domine mihi, indicetq; mihi, V 3 quod

138. *Theodorici Thuringi de S. Elizabetha Vngar. Regina,*
quod fuero scilicetatus, cui benignus Princeps ait: Loquerer confiden-
ter; & ego quidquid tibi conueniens fuerit reuelabo. Hic ergo, inquit
miles, Obsecro mi, quid de filia REGIS facere decreueris? Duces eam
vixorem, an patri remittes? Tunc Princeps demonstrato magno,
quem pra oculis habebat monte, dixit: Vere si hic, quem vides mons,
a radice usque ad summum aureus esset, hunc ego facilius omnino
potius contemnerem, quam ELIZABETH coniugium refutarem. Sen-
tiant alii & loquantur inaniter, quod iudicant; ELIZABETH ego di-
ligo, ciusque matrimonio nihil prapono. Tunc miles, Peto, ait, mi
domine, ut mihi liccat eidem hoc nunciare. At ille dulciter, Dic ei,
inquit, & pro signo quod sibi transmisero presentato. Proferensque
de bursa sua dedit nobili illi, quod apud se habebat speculum duplex
aneis inclusum sedibus; una parte simplex vitrum, & in parte altera
imaginem praeferens CRUCIFIXI. Quod dum sancta virgo ab illo no-
bili oblatum caute suscepseret, conceptum inde gaudium risu iocun-
dissimo propalauit.

*De nuptiis Ludovicis Landgravis
cum Elizabeth.*

CAPUT VIII.

POst hæc cum domino complacuit ELIZABETH contemptam ab
impiis respicere, & afflictam consolari; dissipauit consilia malorum,
reprobauit persuasions magnatorum, & inspirauit confortans præfa-
tum Principem. Qui votum suum patefaciens, obstruxit ora contra-
didentium, & iniqua loquentium. Nullusq; dcinceps ausus est nuptiis,
& matrimonio ELIZABETH verbis vel consilis contraire.

Ipsa quippe erat quam dominus eius præparauit coniugio. Con-
tra cuius placitum non poterat humanæ malitiaæ stultitia quidquam
loqui, nec valuit hominis superare astutia, quos Dei prouidentia con-
iunxit.

Intuere nunc felicem iuuenem sponsumque pudicum, qui in
contrahendo matrimonio, in consilio impiorum non stetit, & post
aurum non abiit, nec in thesauris pecunia sperauit; sciens, quoniam
pars bona mulier bona, qua pro bonis factis propriè datur a domino
viro bono. Perpende propensiis casti adolescentis animum, quispon-
se suæ, non ad petulantiam alliciens, sed potius ad gratiam afficiens,
donum transmisit, preciosissimam imaginem CHRISTI CRUCIFIXI.

Anno

Anno ergo ab incarnatione domini * millesimo ducentesimo * M. annis
vigesimali primo LVDEWICVS LANTGRAVIS THVRINGIAE inclitus
dominam ELIZABETH virginem castam regis VNGARIAE filiam nobis
item & eximiam duxit vxorem, coniunctusque est Dei nutu vir fidelis
cum muliere fidei, sanctus cum sancta, innocens cum innocentia; &
non tam carnale, quam spirituale connubium sortiti, inuicem se in
charitate Domini, supra quam credi valeat, dilexerunt.

LIBER SECUNDVS.

De sanctimonia matrimonii sancta
Elizabet.

CAPVT I.

ERAT inter eos honorabile connubium, & thoros immaculatus, non in ardore libidinis, sed in coniugalis sanctimoniaz castitate. Etenim macerabat adolescentula sancta recenter nupta carnem suam multis vigiliis, noctibus singulis cōfurgens ad orandum, marito quandoq; dormiente, vel etiam dissimulata.

Multoties autem cum ipsa surgeret, annuente, eius teneritudini compatiens petuit ab ea ne se indiscrete affligeret. Ad quod cauendum manum eius castissimus iuuenis sua tenuit manu, quoq; orabat, exhortans ipsam, & deprecans, ut ad quiescendum componeret vigiliis lassa membra.

Magna reuera huius iuuenculæ deuotio, qua à carnalis mariti surgens per noctem lectulo, quæsivit Christum, quem dilexit verum animæ sua virum. Nec minor certè fides in viro, qui tali ac tanta vxori non oblitus, imò fauit, feruoremq; eius nimium suau prudenter temperauit. Huius igitur pudici amoris mutuaq; societas dulcedine affecti abesse ab inuicem non patiebantur diutius vel longius.

Sequebatur ergo virum frequenter domina per vias asperas, & non parvas locorum distantias, aurarumq; intemperies graues, sinceritatis potius, quam carnalitatis affectu ducta. Non enim orandi, vigilandi, aut alias beneficiendi præstabilit obstaculum deuotissime cōiugi casta pudici mariti præsentia. Congaudebat enim vir pius sanctis eius moribus in Domino, & fidelis extitit exhortator.

Tanto

MSJ
m. b.
SIV
27

Tanto autem ferore Dei famula ad vigilandum in orationibus extuabat, ut pedissequis committeret, instruens eas, ut trahendo eius pedicam, ipsam ad orationem, ne somnolentia torpesceret, excitarent.

Accidit ergo per errorem ut venerabilis YSENTRVDIS predicam traheret viri dormientis. Qui euigilans, coniugisque devotionem cognoscens, sustulit patienter. Itaque excitata surgens, cum indefessis excubaret vigiliis, euenit frequentius, ut ante lectum viri super tapete corando prolixius, obdormiret. Super quo ab ancillis redarguta respondit: Licet semper orare non possum, tamen hanc carni meæ violentiam inferam, quod auellar interim de lecto.

Fugiebat oblectamenta carnalia, & ideo stratum molliorem, & viri contubernium secretissimum, quantum licuit, declinavit. Quem quāuis præcordialis amoris affectu diligenter, querulabatur tamen dolens, quod virginalis decorum floris non meruit conseruare. Castigabat etiam plagiis multis, & lacerabat diris verberibus carnem puella innocens & pudica.

In principio quidem diebus quadragesimæ, sextisque feriis aliis occultas solebat accipere disciplinas, latam coram hominibus se ostendens. Post verò conualescens & proficiens in gratia, deserto dilecti thoro surgens, fecit se in secreto cubiculo per ancillarum manus grauius sepiissime verberari, ad lectumque mariti reuersa hilarem se exhibuit & iocundam.

Vere felices coniuges, in quorum confortio tanta munditia, in colloquio pudicitia reperta est. In quibus amor Christi concupiscentiam extinxit, deuotio refrenauit petulantiam, feroor spiritus excusit somnolentiam, oratio tutauit conscientiam, charitas benefaciendi facultatem tribuit & laeticiam.

Quomodo sedebat in mensa Principis.

CAPVT II.

IN mensa quoque eius assidere lateri contra morem aliarum sublimium feminarum solebat, communicationem matrimonii seruans, licet ex hoc nonnulla incommoda sustineret. Magister enim CONRADVS, cui de consensu mariti obedientia se voto confirmerat, in mandatis ei dederat, ne de quibuslibet bonis nisi iustè quæstis vesceretur. Cui in hac abstinentia tres pedissequæ consentientes, petierunt

nunt à Principe super hoc sibi licentiam indulgeri.

Quibus benignè annuens dixit: Hoc & ego libens facerem, nisi
aliorum detractiones, & scandala formidarem. Aduiuante autem do-
mino statum meum cito aliter ordinabo.

Denique domina ELIZABETH de bonis in dote sibi specialiter
assignatis, se & suam familiam procurabat. Assidens verò mensa Prin-
cipis coram militibus & ministris panem aliosque cibos frangendo &
hinc inde disponendo se comedere simulabat. Cumque propter hu-
iusmodi abstinentiam multam sèpè penuriam pateretur; solis quinq;
tortulis incle conditis, solo plerumque pane contenta inter multipli-
ces epulas & fercula siti & inedia laborabat. Plus de ancillarum penu-
ria, quam de propria turbabatur.

Scrubatur proinde curiosius ab Officialibus & Procuratoribus
curia, & inueniens pro tempore potum licitum dixit ancillis: Hodie
bibetis. Aliquando cibum licitum, & dixit; Modo comedetis. Cùm
verò utrumque licitum sciuit, exultans & plaudens manibus cum hi-
laritate dixit; Bene nobis hodie, comedemus & bibemus.

Ipse etiam pius & dulcis maritus deuotionem vxoris cogno-
scēs, dum quicquam scrupulosum sciret appositum, præmuniuit eam,
ne eius ex hoc tenera conscientia turbaretur. De huiusmodi verò sin-
gulari & inconsueto modo viuendi, multas obiurgationes à suis do-
minus & domina pertulerunt cum multa patientia. Et licet sic domi-
na abstinenter ab illicitis, tamen vim vel iniuriam passis pro viribus fa-
tis fieri laborabat.

Attendat & miretur & imitetur omnis sexus & ætas, quomodo
haec regis filia in mensa Principis inter tot epulas abstinenſ, delicias
repuit, & in thalamo tam amati coniugis carnales illecebras non qua-
suit.

Qualiter visitata à Deo amplius profecit.

CAPVT III.

NAM præclaris virtutum exercitū insignitam famulam suam E-
LIZABETH ad sublimiore dum Deus omnipotens vellit proue-
here, accidit ut in quadam solennitate magna, preciosissimis vestibus,
monilibus gemmique multis ornata, & diadema aureo coronata de
castro *WARBERCH descendens cum locru alioque multo comitatu,
ecclesiam quandam subiacentis oppidi introiisset. Eleuans autem
X ocu-

*M. War-
berg.

oculos, quos semper in introitu Ecclesiae ad CRUCEM dirigere solebat, respexit imaginem CRUCIFIXI, & considerans nudum & spinis coronatum, clavis confixum, compuncta in se rediens meditari coepit, dicens intra se; En pender Deus tuus nudus, & tu homo inutilis vellibus preciosis operiris. Spinis caput eius pungitur; & tuum caput auro redimitur. Hacque compassione affecta cecidit exanimis effecta. Quo viso turbati astantes tollebant eam, & ad ostium Ecclesiae propter refrigeriorum portauerunt; & reclinantes eam, faciem eius aqua benedicta, quae aderat, consperserunt. Hac visitatione diuinitus inspirata proponuit omnem deinceps ornatum postponere, in quo non necessitatem agnosceret aliquam. Quod & postmodum omni tempore vita lux constituit.

De moderatione vestium secularium.

CAPUT IV.

Corporis exinde proprii magis negligens deuotissima femina, sicut in domibus regalibus nata, educata, semperq; fuerit conuersata, omnem tamen ornatum seculi, propter amorem sponsi sui domini Iesu Christi, quem in cruce confixerat, & in corde gerebat, parvipendendo, tanquam stercora contempserit. Coloratis peplos, fucatisque velaminibus capitis, manicis valde strictis, crinalibus, sericisque zonis pro ornatu capillis implicitis, longis vellibus, aliisque superfluitatibus vanis non vtebatur. Sciens quod iumentis fortes attrahit appetitus talium.

Superfluitatem & preciositatem vestium omnino deuitans, lacris, vel cilicio frequenter vtebatur, etiam cum desuper auratis vestibus vel purpura tegeretur. Modesto semper & Christianæ religioni congruo processit habitu, quantum principalis dignitas permittebat. Hoc ipsum etiam matronis secularibus ad se venientibus, verbis & exemplis prædicabat, preceum suarum instantia ipsas obligans, ut saltem in uno aliquo vanitatem seculi declinarent. Et cum ad maiora non potuit, saltem in minimis eas suis precibus & monitis coercetabant & mittens eisdem exemplaria, quibus saluis bonis moribus uti possent.

Sic fidelis Christi famula animarum zelatrix, & pietatis amatrix a multis vanitatibus multas, nonnullas vero ad votum etiam continentia prædicando perduxit. Hæc & his similia adhuc existens iuuen- cula

cula viro nouiter copulata, charitate Christi urgente, cuiusque gratia cooperante mirabiliter actitabat contra iuuenilis stultitia appetitum.

Quomodo se in absentia mariti habere solebat.

CAPUT V.

Mulier hæc sancta placens per omnia viro suo, non quæ seculi, sed quæ sunt Domini iugiter cogitauit. Confidebat in ea cor viri sui. Reddedit quippe sibi bonum & non malum omnibus diebus vita sua. Egressatur namque Principatum suorum coactus negotiis, & per multa frequenter temporum spacia in longinquis regionibus morabatur. Cumq[ue] egrediente se sequi non potuit, ornatum vestimentis ipso absente mox depositis, capit[is] velamen immutauit, habitum humilem assumpsit; tanquam vidua deuotæ & religiose se gessit. Muncto quippe placere renuit; in vigiliis, genuflexionibus, orationibus, & verbis noctes deducens dilecti reditum expectabat. Cognoscens autem quod rediret quem desiderabat anima eius Princeps pius, ornare decenter & regaliter se consuevit. Dicebat enim: Non pro carnis libidine & mentis elatione, sed pure pro Christi charitate hæc corpori meo ornamenta adhibeo; quatenus displicantur peccati que occasionem tollam, ut me solam in Domino affectu maritali diligat & licito. sicque ab eo, qui sacramentum sanctificauit coniugii, æternæ vitæ confortium pariter expectemus.

Hoc modo prudens & pia fæmina marito coniugalis conforti inuolabilem conseruauit fidem, vt eo absente semetipsam custodiret irreprehensibilem. Deoque deuotam, & præsenti gratiolas se offert, amabilem, ac benignam.

Nec detuit ei bonum illud principale matrimonii, quo benedictionem in liberis consecuta est. Dotauit enim Deus eam dote bona, fecundans utrum eius sobole nobilissima, ut & sterilitatis careret opprobrio, & liberorum frueretur solatio.

Peperit enim filium HERMANNVM nomine, qui successor patris LANTGRAVIUS fuit THVRINGIAE. Filiam quoque quam duxit coniugem DUK BRABANTIAE. Itemque aliam filiam, quæ in virginitate permanens in ALDENBVRCH cœnobio famulabatur, domina

164 *Theodorici Turinge de S. Elizabeth Vngar. Reginā;*
mina existens magistra sanctimonialium usque hodiē.

Mater verò Christianissima impletis purgationis suæ diebus, relictō factu, quo seculo dedita ut solent, lanceis se induit, assumensque in brachiis quem generat parvulum, nudis pedibus clanculo & occulte processit. Ibat siquidem per difficilem castrum descensum via dura & saxosa ad Ecclesiam remotam, portans infantulum propriū usq[ue] vlnis exemplo virginis matris, super altare fissilens eum Domino cum candelā. Deinde ad castrum regressa, tunicam & pallium pauperi muliercula dare consuevit.

Quomodo libertate sibi concessa à Principe uteretur.

CAPVT VI.

Cernens prudens & deuotus Princeps, quod illustris fæmina omnem intentionem suam ad Deum dirigeret, votis eius in charitate occurrens, eandem ad pietatis opera inuitans, ad omnia, quæ opus Dei & honorem respiciunt, concessit liberam facultatem. Ipse igitur ad secularia non abutens libertate concessa, ad salutaria totis viribus ferebatur, elemosynisque & misericordiis pauperum insistens, in iustificationibus Domini exercebatur die ac nocte, & omnia charitatis opera in maxima hilaritate & vultus constantia exhibebat.

Nam in habitu gloriæ suæ quandam mendicum infirmum, horrendum aspectu, capitis infirmitate laborantem secretè assumpsit, caputque eius in sinu suo reclinans horridos capillos ipsius sanctis manibus suis totondit, & in occulto pomerii sui loco caput infirmi lauit, hominum vitare cupiens aspectum. A superuenientibus tamen correpta pedissequis ridebat. Nec more aliarum sublimium fæminarum delicata tractabat & sublimia vel subtilia; sed manum mittens ad fortia, fusum apprehendit regis filia; & cum pedissequis suis lanam filabat, telasque fieri procurans pro vestitu * religiosis viris fratribus minorib[us] tribuebat.

Pauperum vestes, insuper catechumenorum egenorum propriis manibus confuebat; faciens eos baptizari: de sacro fonte eos leuauit ut compaternitatis occasione liberius eis benefacere potuisset. Pauperularum parentium frequens fuit consolatrix & visitatrix, & ut inspiciens miserios se ad misericordiam & compassionem prouocaret,

quan-

* M / san-
cta viri,

quantumcumque distarent hospitia, & quantumlibet via esset lutoſa vel aspera, eos visitabat. Intrans viles casulas, nec fordes abhorrens, atq; tulit necessaria, consolans eos; recepturam se sperans mercedem ex viæ labore, ex mentis compassione, & doni largitione.

*De desiderio sanctæ paupertatis quo
ardebat.*

CAPVT VII.

INTER cetera gratiarum Dei, quibus hæc beata resplendebat, minera; quod amplius adhuc mirandum est, Euangelicæ desiderium paupertatis, spiritu sancto in eius dulciter accensum præcordiis fortiter effluabat. Cum enim principatus dignitate & magnatorum obsecquis honorata polleret, diuitiisq; & circumfluentia temporalium redundaret exterius & intra semetipsum spiritu pauper mendicitatem præ his omnibus affectabat. Vnde etiam ex desiderio cordis sui verba eructans cum ancillis suis frequenter de paupertate tractabat. Et quia affectus cordis sine effectu operis aliquali esse non poterit, coram ancillis in palatio vestibus iocunditatis se exxit, vilique pallio se induens, despicio panno caput suum operuit, & processit tanquam paupercula coram illis, sic incedens tanquam prælago corde sui futuri status Prophetissa dixit ad ipsas: Sic incedam, cum pro Deo meo miseras sustinebo. Quod & factum est, ut sequentia declarabunt. Tunc vero cu prædicta frequentabat flore iuuentutis vernabat in corpore, & vigor virtutis in opere; sed mundanæ gloriae flos decidens eius aruit in corde.

De quodam miraculo cœlitus ostendo.

CAPVT VIII.

QVADAM die quia non nisi ab intus gloriam quæsivit, Deus humilium rex & amator etiam extrinsecus mirabiliter venustavit. Nam cum tempore quodam à patre eius rege VNGARIAE directi magnati plures ac nobiles ad LANDGRAIVUM accessissent, nec ipsa cultum haberet suæ congruum dignitati, dixit ad eam Princeps: Dolco soror cultu condigno præsentibus his nobilibus te carere; & me tempus ut tibi in ornatu prouideam non habere. Cui illa: Non magni pendas hoc dilectissime frater mi, quia in vestitu proposui nunquam gloriari. Dein-

X 3

Deinde cum in conspectu illorum fuisset nobilium euocata, gloriam & magnum decorem imposuit Dominus super eam. Ecce enim apparuit signum magnum de celo, & visa est mulier illa sancta omnium oculis hyacinthini coloris vestibus insignita, quæ margaritis erat preciosissimis ornata. Super quo stupens & admirans maritus dum ab ea quereret, pie subridens; Talia, inquit, scit Dominus cum voluerit operari.

De liberalitate sancta Elizabeth.

CAPUT IX.

Liberalitatis virtus sublimum decus & singulare personarum nobilium ornamentum: in hac regis filia quadam gratiosa prerogativa effulgit. Quam non tam regalis originis ingenuitas, quam votua de super infusa gratiae benignitas cordi eius impreserat. Vnde eam non pro transitoria laudis vanitate, sed ex interna miserationis exhibit charitate. Ab infantia quippe cum ea crevit miseratione, & ab utero matris egressa cum ea ad omnem misericordum aspectum viscera eius mouit. Vnde tempore quodam in festinitate magna cum in *W ARBERCH ad Principem multitudine nobilium conueniens, & in canaculo grandi congregati ad coniuicium filia regis coniugis Principis presentiam expectarent, ipsam taliter contigit retardari. Procedentem enim ad palacium sub gradu iacens mendicus, ut suumiseretur, importunis clamoribus inuocauit. Tunc de gradu respiciens ad pauperem; Nec tempus, inquit, nec inutus, quo tibi subueniam, iam habeo. At ille magis ac magis clamabat, ut aliquid acciperet. Tunc illa pretiosum, quod gestabat mantellum, exuens tribuit clamanti. Quod ille mira celeritate complicans abscessit. Dapifer autem in conspectu omnium nobilium astans Principi dixit; Iudicet nunc dominus meus, si rationi sit consonum, quod coniunctus eius prædilecta domina nostra haec vice prostrahit eius coniuicium, & tot nobilium impedit tripudium. Vellit enim iam nunc pauperem, pallium suum tradens ei. Tunc mitissimus Princeps, subridens dulciter cum ecclœ nobilium coiugem adiuvaturus discessit. Quam in conclavi inueniens, dixit ei: Veniesne ad prandendum nobiscum dilecta? Cui illa, Parata sum, inquit, ut vis frater charissime. At ille, Vbi es, ait, pallium tuum? Et illa: Ecce in pericta est, inquit. Curreas autem ancillula mantellum, quod pauperi tribuerat, in pericta.

repe-

reperit, ecclitus reportatum. Quo induita coelestis fœmina ad coniunctum processit. Sic pater coelestis suum lilyum Elizabeth vestiuit, quomodo nec Salomon in omni gloria sua potuit operari.

Quam reuerenter solebat Missarum solennius interesse.

CAPVT X.

Circa diuina officia Ecclesiastica sacramenta affectu piissimo & ritu Christianissimo ferebatur. In omnibus igitur semeipsis Dei missam exhibens, frequentabat Ecclesias deuotissime cum reuerentia & timore; ancillæque celeri gressu ad Ecclesiam præueniens, genuflexiones faciebat occulte.

Confuevit ab adolescentia sua cum humilitate maxima semper Missarum sacris mysteriis interessere. Oculis namque fidei excellentiam ineffabilem intuens **SACRAMENTI**, ad propria conditionis paruitatem respiciens, ornatum corporis exteriorum, capitis, pectoris, brachiorum, digitorum, cæterorumque membrorum infra **MISSÆ OFFICIVM** soluit & minuit, inclinavit, vel penitus removit.

Hora vero **EVANGELICÆ LECTONIS**, & **CANONIS**, & qua **DOMINUM CORPUS & SANGVIS à SACERDOTE immolatur & sumitur**, hanc humiliationem præcipue studuit exhibere. Flagrabat enim erga **SACRAMENTVM** hoc feroce omnium medullarum; stupore admirans grandi, illam charissimam dignationem & dignantissimam charitatē.

Igitur dum sanctissima fœmina die quadam infra **CANONEM** pliatis sub chlamyde manibus intentius orans, feruido in Christum moueretur affectu, lux eam cœlica circumfulsit. Astitit autem tunc Sacerdos quidam bonus sanctæ conuersationis, opinione & devotione laudabilis, cuius aperuit Deus oculos, & in hora **CONSECRATIONIS CORPORIS DOMINI** vidit faciem eius claritate nimia diuinitus illustratam, tanquam solem radios lucifluos emittentem; ut mirabilis cito mentem illustrationis, mira circa corpus illustratio testis esset.

Erat autem talis ac tanta coelestis illius lucis claritas circumfusa, vt corporali luce obumbrata ipsam nequaquam posset præsplendore diuino corporalibus oculis intueri. Stupuit nimis homo ille, glorificans Deum suum. Tandem hoc, quod viderat, ad laudem eius, qui facit mirabilia, enarravit.

Qua-

MSS
S. M. B.
S IV
27

168. *Theodorici Turingi de S. Elisabeth Vngar. Regina,
Qualiter sacra tempora coluit, festi-
tates celebravit.*

CAPVT XI.

Obseruationes sacras ab Ecclesia institutas, religiosè & sollicitè custodiuimus. Nempe quadragesimalis ieiunii tempus, orationibus, abstinentia, eleemosynis insistendo peregit. Corpus nihilominus proprium multis verberibus castigando. Festiuitates quoque quibus nostrae redemptionis beneficia recoluntur, quanta veneratione adorauerit, qua charitate amplexa fuerit, qua pietate suscepit, quafide coluerit, quis digne enarrabit?

Audi quid fecerit. Etenim die qua domini celebratur COENA filia regis regi, qui ea die surgens a cena posuit vestimenta sua, se conformans; preciosas vestes post meridiem exuit, popularisq[ue] religionis indumenta suscepit incendens humiliiter calceis cruri alligatis v[er]tens. Quis vñquam de regis filia audinit talia? Solebat insuper ea die semper solenne mandatum Christi imitatrix exhibere pauperibus. Duodecim enim pauperum pedes lauit, singulis nummos duodecim, pannumq[ue] pro vestimento & panem similaginis tribuens.

Collegit præterea anno quodam ipsa die multos leprosos, eorum pedes manusque lauans, & in ipsis loca v[er]ceroſa & horrenda deosculans, pedibus eorum humillime se prostrauit. Deinceps vbiunque tales reperit assidens illis consolabatur eos, exhortans ad patientiam; nec plus eos, quam sanos horruit, largiens eis eleemosynas abundantier.

Transfacta sacra illa nocte in orationibus & ex memoria dominice passionis, pietatis & humilitatis affectione concepta, manè dixit ancillis suis. Hodie dies humiliationis est, nullam à vobis volo mihi reverentiam exhiberi. Humiliansq[ue] se metipsum & in similitudinem pauperum facta, ordinauit more pauperum in gremio suo lini fasciculos plurimos paruulos, & plenum thure vasculum, de ceraq[ue] lumina parua multa nummorumque talenta non pauca. Sicq[ue] inter populares mixta ad singula singularium Ecclesiarum processit altaria nudis pedibus, & factis genuflexionibus ad singula fasciculum lini paruum, & thus cum lumine modico obtulit. Et inclinans humiliiter difcessit.

Transiens verò in plateis nummos pauperibus largiter erogabat.

bat. Ibat sic & comprimebatur tanquam vna de populo. Reprehensa autem de oblationis paruitate, eo quod Princeps & domina offerre debet magna; sed ipsa simplicitatem honestati prætulit, quoniam non extenacitate, sed ex humilitate prodiit. Et in spiritu humilitatis sacrificium Deus suscepit.

In diebus ROTATIONVM cùm quidam contra Sanctorum decreta facientes preciosis & delicatis vestibus decorantur; ipsa Princeps regis filia lanceis induita, nudis pedibus processionem CRVCIS & SANCTORVM RELIQVIAS devotissime sequebatur.

Verbum quoque Dei auditura Christi discipula in prædicatio-
num stationibus inter pauperimas famina nobilissima se semper lo-
care consuevit; sciens quia semina in vallibus iactata in segetem pluri-
mam vbertum pullulant & excrescent.

LIBER TERTIVS.

* Declaris actibus Landgrauii Ludewici
coniugis sancte Elizabeth.

CAPVT I.

IBRVM oportet hic annexare de LVDEWICO Principe glo-
riosof THVRINGORVM, vt quemadmodum beata ELIZA-
BETH in hac vita dignus habitus est confortio, ita nunc ex-
pers & alienus non sit ab ipsius landis præconio. Omnia
namque beneficiorum eius dulcis fautor, fidelis exhortator, & efficax
exitit coadiutor. Sed virtutes eius quis valet enarrare? quis virtutem
animi? quis corporis eius pulchritudinem explicit? Extulit cum me-
diocri statura decens valde proceritas, & gratiosi vultus serenitas spe-
ciosi forma p̄r̄ filii hominum imagine, vt aiunt, repræsentans. Nec e-
rat, qui eius aspectui amabili non hareret. Erat pudicus sensibus, carne
mundus.

Qui die quadam stans de fenestra spectabat de subter ducentes
chorream. Cui astans aliquis, demonstrata vna de ducentibus chorreas
feminis ait; Huius amplexu si volueris, mi domine, frui te faciam. Tunc
vehementer iratus Princeps, Ohmutsece, inquit, & nunquam talia de-
Y incep

a M. De
comenda-
tione illu-
strissimi
Ludevici
Land-
grauii Tu-
ringorum

NJSJJ
m. b.
SIV
27

170 Theodorici Turingi de S. Elizabeth Vngar. Regina,
incepit auribus meis inferas; si meam volueris gratiam & amicitiam re-
tinere. Confusus à pudico ille miser impudicus, stupens tremuit, & ob-
mutuit refutatus. Fuit insuper eloquio dulcis, moribus suavis, animo
constans, & virilis, exercitiis militaribus strenuus, & agilis.

Qualiter leonem perterritus.

CAPVT II.

Erat quidam leo in curia Principis, & accidit die quadam, ut mane
destrato suo confurgens linea tantum insuper iniecta veste, lotu-
laribusq; indutus, obuium haberet leonem contra se saeuentem. Cui
eleuato pugno communatus est, viriliter increpando. Mox bestia feri-
tate deposita, viri pedib; se prostrauit, motu caude sue blandiens ira-
scenti. Tandem faculis vix subiugata bestia, magistrum bestia Princeps
grauiiter reprehendit. Hoc factum non tam magnanimitati, quam fi-
dei aestimo deputandum.

De excellentia morum & status eius.

CAPVT III.

In ore eius non est inuentum mendacium, sicutque sermo eius, Est,
est; non, non. Et verba eius fidelissima, & vera erant; quibus tanquam
iuramento firmatis ab omnibus credebatur. Ad omnes faminas reue-
rens exitit, & verecundus; largus & benignus militibus, & familiaribus
socialis & iocundus; baronibus & nobilibus venerabilis; Principi-
bus & magnatibus spectabilis; cunctisque generaliter affabilis, tracta-
bilis, & amabilis. & vt concludamus omnia, Deum timuit, dilexit, &
coluit.

Quotidiè in eius praesentia solemniter diuina agebantur MYSTE-
RIA: vbi deuotus semper astitit, Deumq; suū cum reverentia adoravit.
In conspectu eius pulchritudo erat, & munditia; in actibus magnificē-
tia; in omni eius familia disciplina: Nec audebat aliquis actum praesu-
mere illicitum, vel verbum loqui impudicum. Quod si quicquam praesu-
mperat, durius vapulabat. Ob hoc tanquam à capite membrorum
fanitas, manabat omnium inferiorum bonitas. Fuerunt quippe tunc
nobiles veraces, & pacifici milites fideles, suis stipendiis contenti, reli-
qui de populo humiles & quieti. Fecit enim Princeps iudicium & iu-
stitiam, ideoq; erat tunc pax & veritas, bonorum omnium abundan-
tia,

171
tia, & vbiq; habitabant homines confidenter. Erat tunc sublimis & fa-
mosa THVRINGIAE prouincia, gens acceptabilis & deuota, tanti Prin-
cipis nomine insignita, sanctæq; ELIZABETH meritis nominata.

De Castitate huīus Principis.

CAPVT IV.

Inter cetera virtutum insignia, quibus floruit, castitas in eo praeci-
puè, & pudicitia resplenduit. Nam cùm aliquando vrgentibus ne-
gotiis terram longinquam cuiusdam Principis sui consanguinci pro-
ximi adiisset, cù reuerentia & amicitia multa suscepimus est solenmiter.
Cumq; post epulas & delicias copiosas ad quicquid peruenisset, mu-
tuerula quadam lecto cius ab impudicitis iniecta est. Quod prasciens
vir castus nobili illi & dilecto mil. ti suo WALTHERO de VARILA secre-
tè dixit: Amoue cautè à stratu meo faminam hanc; eiq; marcam argé-
tiillico trade. Vere enim dico tibi, ciamsi in hoc facto adulterii cri-
men non abhorrem, nolle tamē in hoc casu meam ELIZABETH
contristare.

Ecce nouus & admirandus JOSEPH, qui propter fidem oblatum
crimen adulterii recusauit.

Qualiter recusanit Adulterium.

CAPVT V.

Erat in THVRINGIA miles diuitiis locuples, vxorem habens pul-
chrā, sed sterilem; cuius non ex se, sed ex viri defectu sterilitas cau-
sabatur. Dolens autem miles ad extranos opes suas deuolui hæredes,
blande induxit coniugē, vt sibi hæredē ex adulterio procuraret. Adiit
ergo stult⁹ PRINCIPEM terræ cū timore multo, dicens ad eum: Mi-
domine oro, vt benignè, q̄ loquor, auſcultes, & diligēter occultes. Cui dū
Princeps loquēdi fiduciā præstutisset; miser ille pauens ac timentis tur-
pementis conceptum, pudicis auribus infillavit, beatū se diceens, &
stimas si de tali persona altissimo sanguine poffitionū suā meruisset
hæredē habere. Tunc vt pote verecundus, & pius infelicitis hominis vo-
tū mpiū, & despexit cor detenus, & vocetenuis approbavit rubori sup-
plicie s̄cōdescendēs. Statutoq; vniendi dic ab iniucē discesserunt. Tūc
prudens Princeps efficacē illius morbo medicinam, tanquam fibimur
necessariam præcepit à medicis preparari. Credbat infirmatum Prin-
cipem,

V 3

cipem,

MSSJ
M. 140
SIV
27

172 *Theodorici Turingi de S. Elizabeth Vngar. Regina,*
cipem & medicinam præparant efficacem. Quam paratam assument
Princeps, ad locum properat assignatum. Suscipitur iocundè gratus
hospes, reficitur delicate. Confidens autem illis electuarium protulit,
& militi obtulit ad edendum. Cuius efficaciam miser illico expertus in
se, scorsum sumens Principem, dixit ei; Obscurum mi domine, vt quem-
admodum huc venisti, digneris reuerti; sentio enim in me potentiam,
quam haec tenus expertus nunquam fui. Cui LANTGRAVIVS Non re-
putes ait, quod venerim, vt adulterum committerem, sed ad hoc po-
tissimum, vt te ab hoc opprobrio eriperem, & vxorem tuam ab infamia
liberarem. Venerat autem LANTGRAVIVS solus à venatoribus di-
cedens. Fuit enim iste de ministerialibus, qui loca possident nemoro-
sa. O vere optimum & piissimum virum, qui se propter amicum reputa-
ri defectuosum voluit, & sua quo dammodo infamia famam alterius
studuit conseruare!

*De Misericordia, quam beata Elisabeth
tempore Caristie pauperibus ex-
hibuit indefessa.*

CAPVT VI.

Anno 1225. **A**NNO Domini millesimo ducentesimo vigesimo quinto, profi-
ciscete in APYLIAM ad IMPERATOREM FRIDERICVM LDEWI-
CO THVRINGIÆ LANDGRAVIO ad CYRIAM CREMONENSEM, per to-
tam ALEMANNIAM suborta est Caristia grauis, & ferè duobus annis
durans multos fame peremit. Tunc misericors ELIZABETH misericorū
compassione permota, omnem annonam de suis granariis collectam
in pauperum eleemosynas erogauit. Quibusdam, id est, multis tantum
singulis diebus, quantum necessitati opus erat, tribuit, & quantum li-
bet dabant accipienti, per diem Dei munere satis erat.

Sub castro etiam WARTPERCH altissimo, vbi tunc etiam mora-
batur hospitale constituit, in quo infirmos & debiles plurimosque qui
generalem eleemosynam expectare non poterant, collocauit. Quos
non obstante montis altitudine, singulis diebus plures visitabat, sin-
gulorum desiderio satisfaciens tam in cibo, quam in potu. Abomina-
bles magis inter eos & debiles quosdam pauit, quibusdam stravit, alios
in humeros suos sustulit, multaque officia humanitatis impendit.

Et licet nullam corruptionem aeris vbi cunque alias potuerit su-
stine-

stinere, infirmorum tamē etiam in æstu tempore factores, quos ancillæ grauter & cum murmure vix tolerabant, ipsa sine omni horrore pertulit; hilariter manib[us] tractans eos, facie[bus] ipsorum saliuam, spumam, sordes oris, & narium velo sui capit[is] detergebat. Præter hos in eadem domo puerulos pauperes nutriuit; tam dulciter se eis exhibens, ut eam omnes matrem appellarent, domumque intrantem accurrendo circumdarent sibi filialiter assidendo. Inter quos scabiosos, infirmos, debiles, magis sordidos, & deformes specialiter dilexit; capita eorum manibus attractans, & in sinu suo collocans.

De quibusdam miraculis, quæ ostendit

Deus per eam.

CAPVT VII.

IPSE autem pietatis amator Deus, in rebus vilibus opus su^z magnitudinis demonstrauit. Cum enim pauperum hæc nutricia paruu-
lis suis infirmis vascula fictilia, anulos vitreos & quadam alia^{* M. que-}
rum iocalia oportuna xenia proprio pallio deferret, quo vecta de op-
pido supra castrum, omnia illa de rupe altissima prærupta ceciderunt.
^{dam puer-}
Qua licet ad petram allisa, merito tamen deferentis, sana & integra
^{rurum se-}
omnia permanerunt; & ab ipso sunt pueris pro solatio distributa.
^{latio oper-}
^{tura xe-}
^{nia.}

Præter hoc, de vniuersitate pauperum pauperiores, & debiliores elegit, quibus ante castrum locatis reliquias mensæ suæ propria manu distribuit; sibi & ancillis multum subtrahens, vt pauperibus erogaret.

Cum autem quadam die, post datam elemosynam reliquias potus modicæ quantitatis, quæ in vase quodam remanferant, distri-
buens omnibus diuisisset, fermè nihil imminutum videbatur; sed quā-
tum prius fuerat, tantum postmodum apparebat.

Non solum in prædicto hospitali, omnibus charitatis beneficiis potentibus largè exhibuit, sed & in omnibus finibus dominationis vi-
ri sui, omnes prouentu de quatuor principatibus eius, euacuans in a-
limoniam pauperū consumpsit liberaliter, & expendit pro his alendis.

Quid, uid mundus pretiosum æstimat & magnum, postposuit;
vendens sui corporis ornamenta, vt Christi resiceret membra. Pro his
quidquid mundus respicit, elegit; dum ad mulgendum, vt misero lac
desideranti satis fieret, se præbuit. Pro his quod mundus abominans
refugit suo gressu suscepit, dum horrendos infirmos sordidosq; ma-
nibus tractans abluit.

Y 3 In

MSS JJ

m. b. S IV

27

In prænominato autem hospitali viginti octo pauperes infirmos eo modo locauerat, ut uno mortuo continuo alter eius vteretur lecto. Pro ægroto etiam quodam debitorum sibi conscientia reddidit debitum, & trepidantem conscientiam absoluavit.

Sed & nongenti pauperes quotidiæ in aspectu eius per ministros de consolatione elemosynarum reficiebantur.

Cumq; sic vsq; ad messem pauperrimam multitudinem, cunctis labore valentibus, camisias, calceos, falcesq; dedit, ut deinceps de suis laborib' paucarentur. Laborare vero non valentibus, vestimentis in foro emptis tradidit. Quæ omnia libetè propriis manibus distribuit. Valedicens autem recedentibus singulis doha obtulit. Et cum pecunia deficeret, pauperculis feminis pepla, & alia xenia serica dabat, dicens: Nolo quod his ad voluptatem, sed vendendo ad vestram vitam necessitatem, & pro viribus iustis laboribus insistatis. Inter quas dum vni camisias, calceos & surcotonum dedisset, exhilarata nimis clamauit, nunquam simile gaudium fuisse in mundo. & præ nimio gaudio corruens in terram mortua putabatur. Quæ videns beata femina timuit, se mortis eius causam extitisse.

Ad mortuorum pauperum sepulturam uestes propriis manibus fecit, ipsoq; tractans & manibus tangens, eorum humiliter exequis studuit intercessus. Ipsa velum lineum albissimum & magnum in partes concidit, & tantum mortuis sepeliendis impendit. Diuitium quoque mortuorum corpora nouis linteis & camisis non sinebat inuolui, sed veteribus, suadens meliora dari pauperibus.

De reditu Landgrauii ab Imperatore.

CAPVT VIII.

Hec & alia multa præclara pietatis & misericordiae opera, iuuante viro, deuota mente & indefesso corde peregit. Cuius consensu & exhortatione ad facienda bona quæq; & elemosynas ducebatur. Cum autem post multos menses ab IMPERATORE LANDGRAVIVS rediisset, exultauit tota terra, Principem suum cum inestimabilis gaudio suscipiens letabanda. Gaudebat præcipue mater & fratres, sed iocundabantur dominus ELIZABETH super omnes. De cuius nimia elemosynarum effusio, dum dispensatores apud Principem causarentur & coegerantur, Sinito, inquit pluli nus, eum benefacere, & quæcunq; vult pro eo dare. ^{*M Wartburg.} Dico dare *WARTBERCHITANTUM, & NAVENBVRCH in editione fer-

^{er} ^{Nu} ^{ate}

ln

In prædicis itaq; suum dominus beneplacitum sacro testante cœlo quod declarauit, dicens: In tribus beneplacitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & homines, concordia fratrum, amor proximorum, & vir & mulier benè consentientes sibi. Ambulauit siquidem gloriösus Princeps cum suis germanis fratribus, dulciter, & qualiter, & benignè aliis omnibus, maximeq; egenis & pauperibus piam & proficuum exhibens charitatem.

Quam bonus verò & sincerus beati viri cum electa muliere consensu extiterit, huius scripturæ testimonia lucide manifestant.

De venerabili magistro Conrado de

MARBURG.

CAPVT XI.

E Rant eo tempore inter Episcopos & Sacerdotes quidam viri iusti & perfecti, quorum exemplis & documentis Deus omnipotens suam tunc Ecclesiam sustentabat. Inter quos magister Conradus de MARBURCH velut clarum fidus in ALEMANIA præfulsi. Fuit enim eruditus scientia, conuersatione purus, & vita euangelica; affluens doctrina, zelator Catholica fidei, & expugnator validissimus hæreticæ pravitatis. Hic diuitias & possessiones temporales, & beneficia Ecclesiastica habere noluit; simplici, modesto, & humili clericali habitu cōtentus, grauis in moribus, & maturus, aspectu austerus, bonis Christianis gratus, & benignus; prauis autem & perfidis in iudicando iustus & districtus fuit.

Prædicabat autem per totam TEUTONIAM auctoritate APOSTOLI^c, & sequebatur eum Cleri & populi innumera multitudo. Metuebantq; eum vt pote virum sanctum & iustum omnes, alii amore, alii timore. Hunc dominus LYDEWICVS LANTGRAVIVS tanto honore coluit & extulit, ut eidem omnia beneficia, quorum ius PATRONATVS ad ipsum pertinebat, committeret conferenda. Consensit quoque quod domina ELIZABET Vxor sua ad manus dicti viri votum obedientiæ, & continentia emitteret, lege & iure matrimonii sibi saluo. Factū est hoc in ciuitate YSENACENSI, in Cœnobio SANCTIMONIALIVM Beatae CATHERINÆ. Custodiuit ergo mulier sancta obedientiam strictam, & humilem, sicut vocerat propter Deum.

Accidit ergo ut vocata à Magistro ad prædicationem per MAR-

CHIO-

MJSJ
m. b.
SIV
27

176 *Theodorici Turingi de S. Elizabeth Vngar. Regina,
CHIONISSAM MISNENSEM viri sui sororem, quae superuenerat, tunc
præpedita non veniret. Mandauit ergo ei scrus Dei, quod propter
hanc inobedientiam eius deinceps gerere nolle curam. At illa festi-
nans die sequenti venit, recipique in gratiam postulauit. Quod dum
renueret vir serius & seuerus; ad pedes eius humiliter se prosterens
filia regis, veniam impetravit. Ancillas verò eius durius verberibus ca-
stigauit. Itaque duobus annis viuente marito obedientiam exhibuit;
post mortem verò eius multò ampliorem.*

H C

LIBER QVARTVS.

*Qualiter maritus sancte Elizabeth signa-
tur cruce in subsidium terræ sanctæ.*

CAPVT I.

An. 1227.

FACTVM est tandem anno millesimo ducentesimo vigesimo
septimo generale PASSAGIVM ad TERRAM SANCTAM, in quo
etiam FRIDERICVS ROMANVS IMPERATOR transfractauit.
De mādato quippe PONTIFICIS summi prædicabatur CRVX
in subsidium SANCTÆ TERRÆ. Tunc multi ARCHIEPISCOPI, & EPI-
SCOPI, & PRINCIPES, aliquique Christi fideles zelo fidei contra inimicos
Christi accensi, CRUCE ipius signati sunt, contra gentiles fideliter pu-
gnaturi. LUDEWICVS verò eximius Princeps THVRINGORVM LANT-
GRAVIS vir Christianissimus habitu cum venerabili patre domino
CONRADO HILDENSEMENSI EPISCOPO maturo consilio ab eodem
CRUCE signatus est in nomine Iesu Christi; latrēque usque ad tem-
pus oportunum cupiens, signum quod acceperat vestimento, ut mor-
is est, mox non affixit, ne vxor, quę eum tenerrimo diligebat affectu,
hoc aspiciens de futura eius absentia anxia turbaretur. Quod tandem
dum eius matupium cinguli solito reuelueret, reperiens miro stu-
pore resoluta confernata est. Cuius macticiam Iuauissimus Princeps di-
uinis monitis, & dictis dulcibus deliniuit.

Qualiter valedicens suis discessit.

CAPVT II.

DEinde disposita terra, suisque principatibus ordinatis, visitauit
mona-

monachorum & monialium cœnobia, benedictionem ab ipsis accipiens, & eorum se orationibus recommendans. Deinde *SCHMAL-^{* M.}
CHALDEN oppidum sua ditionis veniens, inuenit präcordiales sibi, ^{Schmal-}
quibus infalutatis abire noluit, quos illi iussuerat congregari. Quibus ^{kalden.}
valefaciens cum mero, commisit suis fratribus natos cum vxore;
matremque deosculatus filiali *more, vix eam alloquitur cordis prä- * amore;
dolore.

Illis mota viscera, corda tremuerunt,
Dum alter in alterius colla irruerunt,
Expetentes oscula, qua vix exceperunt
Propter multitudines, quæ eos compresserunt.
Mater tenet filium, & uxorque maritum
In diversa pertrahunt, & tenent inuitum,
Frates cum militibus velut compeditum
Stringunt, nec discedere sinunt expeditum.
Erat in exercitu maximus tumultus,
Cum carorum ternerent alternari vultus.
Flebant omnes pariter senex & aditus,
Turba cum militibus, cultus & incultus.
Eia quis non plangeret cum videret flentes,
Tot honestos nobiles, tam diuersas gentes
Cum THURINGIS SAXONES illuc venientes,
Ut viderent socias suas abscedentes.
Amico laetamine cuncti certauere,
Quis eum diutius posset retinere.
Quidam collo brachiis, quidam in hæfere
Vestibus, nec poterat cuiquam respondere.
Tandem se de manibus eximens suorum,
Magnorum socius & peregrinorum,
Admixtus tandem cœtui cruce signatorum,
Non visiror amplius terram Thuringorum.

Ascendens itaque super equum suum Princeps pacis cum multis BARONIIS, NOBILIIS, MILITIBVS armigeris, aliisque Christi fidibus plurimis, valedicentes terra & populo remanenti, circa finem mensis IUNII peregrinè profecti sunt in nomine Domini, ipsum cordibus & vocibus collaudantes.

Eratib[us] tunc mœstudo maxima, luctus & planctus ingens; vo-
ces

AJSJJ
M. B.
SIV
27

178 *Theodorici Turingi de S. Elizabeth Vngar. Reginæ,
ces miserabiles, larga lachrymarum effusio cum rugitu anxi & cla-
more. Erat nihilominus deuota illuc mens, & vox grata benedictiū
Deum. O permixtum turbulentia mœstitia pium trepidum! vbi fle-
tus & planctus concentui iungitur, dum parentes à filiis, & viri ab y-
xoribus pro charitate fidei sciunguntur.*

*Qualiter prosecuta est beata Eliza-
beth coniugem aliquan-
tulum.*

CAPVT III.

Sequebatur non à longe, sed à prope, corde mœstissimo, mulier fr-
delissima, Principem dulcissimum, amantissimum coniugem, per-
egrè abeuntem extra terminos THVRINGIAE, ipsum vterius, proh dolor, non visura. Tunc oportunè reuersuram vis amoris & separatio-
nis dolor retinuit, & ad iter vnius diei progreedi compulit importunè.
Sed nec ista sufficit progressio; processit adhuc discessione impatiens,
dici alterius iter complens.

Quid sibi vult hoc? vtique vinculum amoris & vis doloris in-
tentioñem multiplicant progressionis. Rupit tamen moras affectio-
nis, fortis, vt mors dilectio conditoris. Discedunt tandem ab inui-
cem animante PINCERNA RVDOLFO. Quis putas, gemitus, quæ sul-
piria, qui singultus, quæ lachrymæ, quis motus, vel strepitus cordis,
vbi tam importuna & vchemens icissio, & tam amara & violenta in-
tercedit separatio? Secedunt tamen & discedunt ab inuicem!

O intolerabilis & amarissima discessio, in qua abscondita est ab
oculis omnium intuentium consolatio! O quantus lacitus & planctus
omnium, quanta præcipue dominæ, & cum ea redeuntium lamenta
puellarum!

Perrexit dominus exultans, vt gigas ad currēdam viam; redit
domina plorans, vt vidua, & lachrymæ in maxillis eius. Exuta verò
vestibus incunditatis, viduitatis assumpsi habitum; sola sedens domi-
na gentium, Princeps Prouinciarum, ad Deum totaliter
se conuertit; operibus bonis præceden-
tibus adiiciens meliora.

Vbi

Vbi Lantgrauius febricitare cœpit.

CAPVT IV.

Porrò benè dispositis omnibus, cum gaudio & iocunditate maxima profecti LVDEWICVS THVRINGIÆ LANTGRAVIS PRINCEPS HASSIÆ & SAXONIÆ, COMES PALATINVS, de terra sua eligens exulare pro amore Iesu Christi, ut in cœlesti patria ab ipso recipi mereatur.

Cum tranquillitate cœgitur pacis transiens FRANCONIAM, SVEVIAM, & BAVARIAM, & trans alpes ITALIAM, LOMBARDIAM, TUSCIAM. Amque venit in SICILIAM, vbi Imperator FRIDERICVS ipsum cum inseparabili gaudio suscepit in ciuitate, qua TROIA nuncupatur. Cum quo per totam viam progrediens, tandem BRVNDIVSIVM peruerterunt.

Inde post NATIVITATEM beatæ MARIE semper virginis cum omni virtute militiæ, aliaque familia nauigare cœperunt. Sed antequam nauim ascenderent, in Insula sancti ANDREÆ, IMPERATOR & LANTGRAVIS mutuis colloquis fruebantur. Ibi proh dolor delicatissimus ille, & ferenissimus Princeps LVDEWICVS cœpit paulisper febris inquietari. Singulares tamen galeolas ascendentes, seque Christo cum orationibus committentes, portum BRVNDIVSIVM reliquerunt. Ingressi autem ciuitatem, quæ ORCANT dicitur, vbi IMPERATOR * M. OCTOBER inuenierunt, quam LANTGRAVIS cum debita veneratione visitans, salutauit. Iamque corpus eius acris febris vexabatur; ideoque ad nauim reuersus lecto decubuit.

De extremis eiusdem.

CAPVT V.

VIdensigitur, quod sibi mortis periculum immineret, vocato PATERARCHA HIEROSOLYMITANO ab ipso SACRAE UNCTIONIS SACRAMENTVM accepit, qui vt officium solenne hoc perageret, Episcopum de sancta CRUCE cooperatorem assumpit. Peracta unctione, sacro sancti CORPORIS Domini nostri IESU CHRISTI sibi viaticum tradiderunt. Quod cum fide Catholica & sincera devotione suscepit. Sicque vir Christianissimus pro Christi nomine exul & peregrin⁹, Christi CRUCE signatus, à peregrinatione vita praescita.

Z 2

fecit

180 *Theodorici Thuringi de S. Elizabeth Vngar. Regina,*
sensis rediens ad patriam, obdormiuit in Domino tertio Idus Sep-
tembris.

Quidam autem ex suis, qui nauigio præcesserant, audita tam
tristi eius mortis fama, turbati sunt vhemeter, & ex dolore cordis in-
tolerabili factus est ploratus & v lulatus multus nimis vt mare concus-
sum tremere videretur à vocibus plangentium clamore miserabilis &
lugentum.

O heu, inquietu, domine, heu inclite, quomodo à te in terra a-
lienâ exules derelicti sumus! Quomodo te amissimus lumen oculorum
nostrorum, ducem peregrinationis nostræ, spem reuersionis nostre!
Vx nobis.

Renuigantes tamen corpus dilecti Principis decenter & firmi-
ter inuolutum sepelierunt, solennes exequias celebrantes. Nihilomi-
nus tamen iter peregrinationis, quod acceperant, perfecerunt.

*Qualiter beatæ Elizabeth annunciatu-
r obitus mariti sui.*

CAPVT VI.

REdeunt nunci in THVRINGIAM legationem lugubrem demor-
te intempeſtua piissimi & illuſtrissimi Principis reportatæ. Pro-
tidebat autem prouidentia discretorum & piorum, ne hæc infausta
& lamentabilis fama ad aures reliquæ vxoris importuna narratione vel
ſtolida cuiuspiam deferretur. Viſumque eſt per matrem defuncti do-
minam SOPHIAM hoc magis oportune poſſe fieri & debere. Quæ al-
ſumptis quibusdam nobilibus & discretis matronis, WARPERCH ad
nurum veniens, reuereinter ab ipsa & benignè ſucepta eſt. Quæ cùm
ſediffent, dixit ſocrus ad nurum: forti animo eſto filia mea dilecta, nec
turberis ſuper eo quod circa virum tuum filium meum diuina diſpo-
tione geſtum eſt. Quæ verba ſocrus de captiuitate ſui viri, nequaquam
de morte intelligens, respondit cum fiducia, dicens: Si captiuus deti-
netur frater meus, (ſic enim conſueuerat eum nominare) Dic & ami-
corum noſtrorum poterit liberari adiutorio. Cui ſocrus, Mortuus eſt,
inquit. Tunc illa,* connodatos digitos ſuper genua mittens moeſtissi-
ma ait: Mortuus; Mortuus eſt mihi mundus, & omne quod in mundo
blanditur. Hoc dicto repente ſurgens cum ſetu celeri grefsi longitu-
dinem palatii cum impetu pertransit. Extra ſe namque poſita mente
uſquequaque percurrit, niſi paries obſlitifet. Accedentes autem,
quæ

* M. con-
nudans:

que aderant, eam de parte cui adhæserat, abstraxerunt. Fluebant oculi omnium, & madebant lachrymis super interitu viri tam amabilis, & compassionē relietē vxoris tam miserabilis. Elongatus est consolator, & recessit omnis consolatio. Aderat tamen qui pupillum suscepit, & viduarū consolator internus spiritus sanctus, consolans cor vi-
duarū, & moerentem erigens, & lētificans gratiā suavitate.

*Qualiter ipsa de castro suo propellitur, atque
paupertatem patienter sustinuit.*

C A P V T VII.

Non multo post tempore quidam vasalli defuncti Principis, qui fratrem ipsius HENRICVM iuuenem regere debuerant, Dei timoris, & iustitiae, propriæ honestatis, & disciplinae oblii percussam à Deo persecuti sunt, & super dolorem vulneris eius addentes, ipsam de castro, & cunctis eius possessionibus eicerunt. Descendit ergo de sublimi filia regis, flens & tristis, per declivium montis cum suis ad subiacens castro oppidum. In cuiusdam autem cauponis hospitio recepta cum suis manit cum iucunditate multa spiritus illa nocte. Media verò nocte surgens ad matutinas FRATRVM MINORVM perrexit; rogans eos, ut hymnum decantarent, angelicum scilicet: TE DEVUM LAVDA-
MVS; in tribulationibus suis glorians, & gratias agens Deo.

Cumque nullus auderet eam hospitio recipere, confugit ad Dominum cum pedissequis suis, ingressa ad Ecclesiam multum morabatur sedendo in ea. Et cum allati essent de castro parvuli eius in multa frigoris asperitate, nesciebat quo cum eis diuerteret, vel ubi eorum capita reclinaret.

Necessitate ergo coacta domum sacerdotis introiit, se suoque miserè fatis pascens, pignoribus obligatis. Erat in hoc oppido quidam eius simulacrum, habitationem habens in qua multæ structure, & habitacula plurima erant. Quo cum iussa intrasset, in arcto loco compulsa est cum tota sua familia habitare. Cui hospes & hospita eiusque familia non charitatis beneficia, sed hostilitatis multa grauamina intulerunt.

Egrediens igitur inde parietibus, qui eam à pluia & frigore tenuerant, valedixit, dicens: Hominibus libens benedicerem, si cur hoc facerem, causam haberem. Reuersaque est ad prius sordens ergastulū, aliud in eo oppido non valens habere domicilium.

Z 3

Heu

AJSJJ
m. bb
S IV
27

Heu in opinata & infusa rerum varietas! Heu fallax & inanis
huius mundi felicitas! Ecce quæ in palatis habitare potuit, & aliis
imperare; nunc hospitium cogitur mendicare, nec valet impetrare.
O stupenda & inscrutabilis Dei dispensatio! Quæ solebat pauperum
parulos, ut mater nutritre, & tanquam nutrix reficere; nunc pressa
inopia, parulos vteri sui ad diuersa loca & remota compulsa est à se
propter alimoniam elongare. Sicque ibi in paupertate degens id ip-
sum modicum, quod habere poterat, ori suo subtrahens pauperibus
erogabat.

*Qualiter ingrata vetula sanctam Eliza-
beth in lutum detrusit.*

CAPVT VIII.

Fuit tunc ibidem mulier quædam pauper, infirma, & vetula. Cu-
ius paupertati per elemosynam, ægritudini per medicinales spe-
cies, senectuti solatis succurrebat. Eratque arcta quædam via, ubi
pro luti profunditate lapides fuerant transeuntibus collocati. Occur-
rit ibi benefactrici suæ, de qua præfati sumus, vetula, eiq; nolens cedere
impedit ignobilis in nobilè, proterua in mansuetam, beneficii imme-
mor in misericordem. Corruit ergo in luti profundum Dei famula
omnino cum vestibus omnibus inquinata. Quod cum multa lenitate
& patientia sufferens, eleuata multum risit, lauitq; cum gudio vestes
suas sordidas in flumine, animam vero patientem agnì sanguine.

Hæc omnia venerunt super eam; nec oblitera est Dei, & inique nō
egit: sed quanto magis abundabant tribulationes, tanto abundant
consolations, per multas diuinæ reuelationes, quibus frequenter vi-
sitabatur horis diurnis & nocturnis in orationibus constituta.

*De consolationibus & diuinis reuelatio-
nibus eidem factis.*

CAPVT IX.

Eo tempore in diebus Quadragesimæ vice quædam cum Deifa-
mula more solito Missarvm celebrationibus intercessit, deuotio-
nis feroce ignita, flexis genibus parieti inclinata, & supra semetipsum
mente & spiritu eleuata, contemplando diutissime defixos oculos ha-
buit ad altare.

Per-

Perpendit hoc nobilis illa & deuota foemina * HYSSENTRVDIS * Y/entrum
beata ELIZABETH pra^r aliis specialissima. Quæ post oportunitate na-
cta, sollicitabat eam precibus multis de reuelanda visione, quam vide-
rat, dum offerretur HOSTIA SALVATRIS. Cui fœlix ELIZABETH re-
spondit: Ea quæ ego ibi Domino reuelante cognoui, non expedit ho-
minibus enarrari. Hoc tamen latere te nolo, quod anima mea suauissi-
mo perfusa fuit gaudio, & admiranda Dei secreta interiori confexi
mentis oculo.

Cumque ad illud suum humile de Ecclesia rediisset hospitium,
permodicū valde sumpfit cibum. Post cibum debilis valde erat e-
rumpente sudore, in sinum dictæ HYSSENTRVDIS, exclusis ceteris tan-
quam ad quiescendum Dei famula se recepit, defixos oculos ad contra-
positum habens locum, & facta hora serenata facie, magna que hilari-
tate circumfusa dulcis in eius ore risus apparuit & iucundus. Facta au-
tem diutino interhallo, clausit oculos, fluebantque tanquam riui, ex
ipsis lachrymæ infinitæ. Iterumque breui interueniente morula aper-
tis oculis latus apparuit vultus ut prius; & in ore eius prī^r risus: si que,
vt dictum est, fletum clausis oculis, & risum ipsis aperiis alternando in
contemplatione usq; ad horam COMPLETORII, plus tamen iocundi-
tati quam mœstitudini immorans perduravit.

Post hanc speculationem diutinam in hac affectuosa verba pro-
ruperit, dicens: Vtique domine tu vis esse mecum, & ego volo esse tecum; & nolo à te separari. Quæ verba audiens YSENTRVDIS venerabilis,
in cuius sinu in hac reuelatione recubuit, admirans vehementer,
petuit instantissimè sibi hoc mysterium aperiri. Humilis autem ELI-
ZABETH latere malens, indicare renuit. Verum dilectæ dilectionis pre-
cibus respondit: Vidi, inquit, cœlum apertum, & Dominum meum
Iesum dulcissimum inclinantem se ad me, & consolantem me de variis
angustiis meis & tribulationibus, quæ circumdederunt me. Quem
dum vidi, iocundabar & risi. Cum vero vultum tanquam recessurus a-
uerteret, fleui. Qui misertus mei iterum vultum suum serenissimum
ad me conuerxit, dicens: Si tu vis esse mecum: ego volo esse tecum, &
nunquam volo à te separari. Cui ego respondi, dicens: Ita Domine, tu
vis esse mecum, & ego volo esse tecum; & nunquam volo à te sepa-
rari.

O fœlix & firma pax, & fida despensatio! O vere grata hu-
ius mulieris humilitas, ad quam se inclinavit summa maiestatis
excellentia! O feruens charitas, cuius visioni se offert præsentia

Dicitur

MJSJ
m. b.
SIV
27

184. *Theodorici Turingia de S. Elizabeth Vngar. Regina,*
Deitatis! O sincera deuotio quam consolatur suauitatis influential
O quam beata anxietas cui cœlestis aperitur & patet immensitas! Huc
thesaurum repertum abscondere omnino studuit; ne ventus disper-
geret vanitatis, quod gratia congregauerat sanctitatis.

LIBER QVINTVS.

*Beata Elizabeth & sui pro visione Episcopi
Bambergensis veniunt in Bamberg
& Botenstain.*

CAPVT I.

Post hæc nobilis religiosa femina ABBATISSA de KIZINGEN bea-
ta ELIZABETH secundum carnem materterat, miserta paupertatis
eius defectum nimium, ipsam allatam honorificè ad dominum
***M. Bamberger.** Et in
sem. Et in
margine
ascr̄ptū e.
rat hoc no.
men: Eike-
berth,

***BAMBERGENSEI EPISCOPVM** euexit. Qui Dei famula auunculus,
ipsam benignè & reverenter suscepit, cum omni honestate charita-
teuè pertractauit. Sciens autem venerabilis vir, quia ait Apostolus: Ad-
olescentiores viduas volo nubere, & filios procreare, cogitabat eam
alijcius matrimonio collocare. Quod & ipsam non latuit.

Cumque pedissequæ cius, quæ cum ea continentia votum com-
misérant, Episcopi potentiam formidantes, cum ea super hoc queru-
lando cum lachrymis loquerentur; consolans eas constanter corde
pleno fiducia respondit, Inspector cordium & absconditorum cognitor
Deus nouit votum continentia, quod viro meo viuente emisi, de
puro corde, & simplici, & fide non ficta processisse. Ideoque de ipsius
confidens misericordia, impossibile fore scio, quod meam non con-
seruet contra omne humanum consilium, vel violentiam, casitatem.
Neque enim ego conditionatum, si amicis placet & proximis, sed
spontaneum, absolutum, ac liberum edidi votum, scrupulis post mortem
dilecti mei integrimæ casitatis ad gloriam conditoris. Verum
etsi contra libertatem matrimonii me inuitam quispiam viro tradere
præsumperit, animo dissentiam, & sermonibus contradicam. Etsi a-
liam id evadendi viam non reperiem, occulte nastum proprium meis
truncarem manibus, vt sic me omnis abhorret homo turpiter ma-
culatam. Praefatus autem EPISCOPVS præcepit, vt ad castrum, quod di-
citur

citur BOTENSTAIN cum decenti comitatu Dei famula cum suis de-
ferretur pedissequis, ibi, quo usque eam viro traderet, moraturam.

*Quomodo offa defuncti eius mariti
transferuntur.*

CAPVT II.

PERREXIT igitur tristis & inuita. Innotuerat siquidem ei EPISCOPI intentio circa eam. Tunc illa pauens, & tremens periculum, confu-
git ad Dominum, & ipsius custodice casitatem suam lachrimosis ora-
tionibus commendabat. Audiuit autem vocem eius secundum mise-
ricordiam suam Deus, & conuertit lucum eius & tristitiam in conso-
lationem, & lugubrem in laetitiam. Et ecce subito venit nuntius EPIS-
COPI eam ipsam reuocantis in BAMBERG. Cum enim mortuus esset
in APYLIA ILLVSTRISSIMVS ille LVDEWICVS THVRINGORVM PRIN-
CEPS & LANTGRAVIS, curauerunt eum nobiles & viri honorati, qui
cum eo profecti fuerant, & inuoluentes corpus decentibus & fortis-
bus pannis, hoa orifice tumulauerunt. Peractaque peregrinatione, ef-
fossum corpus decoctione diligent exoriatum est. Quo facto appar-
uerunt ossa candida super niuem. Quæ scriniis mundissimis impos-
ta, & inclusa, & reuerenter cooperata, & iumenti dorso imposta trans-
lata sunt.

Apposuerunt quoque CRUCEM argenteam gemmis ornatam,
ut pote Christianitatis cultores, & sui domini fidelissimi amatores. Per
totam autem viam reditus sui quacunque se ciuitate vel oppido no-
cturno tempore receperunt, ossibus in Ecclesia collocatis, orationes
& vigilias per totam noctem à deuotis & fidelibus personis fieri pro-
curauerunt. Mariè autem Missa celebrata, & oblatione facta ab ipsis
profecti sunt; similiter in alijs locis facientes.

Quæcumque vero ciuitas vel oppidum cathedralem, vel etiam
conuentualem habebat Ecclesiam, in ea purpuram, qua tunc pro re-
uerentiali loci ossa contexerant, pro animæ defuncti remedio relique-
runt. O quales exequiae! O fidelissimos & clarissimos viros, executores
talium exequiarum! Quis vñquam Imperatorum vel Princi-
pum, vel etiam sanctorum tales legitur
habuisse exequias?

Aa

Qua-

NJSJ

m. bba

SIV

27

186 Theodorici Turingi de S. Elizabeth Vngar. Regina,
Qualiter in Bamberg suscepta
sint offa.

CAPVT III.

<sup>M. Ba-
bynber</sup> CVMq[ue] BAMBERG appropinquassent, reliquiarum aduentum
BAMBERGENSI EPISCOPO nunciauerunt. Tunc Pontifex filiam
foris suæ reginæ, Dci famulam ELIZABETH, defuncti reliq[ua]m, vt
occurseret, & mariti quondam reliquias suscep[er]et, aduocauit. Or-
dinavit autem prudens pro honestate & consolatione Dei famulæ, vt
omnes nobiles & digniores in occurso funeris eius assisterent lateri, &
eam ne deficeret, confortarent. Processit itaq[ue]; Præsul gloriolus, cum
Religiosorum & Cleri ciuitatis multitudine veneranda obuiam tan-
to funeri orationes & cantus lugubres modulantes. Murmurat cam-
panarum sonus, ruit confluens vndiq[ue]; populus, Religiosorum ac Cle-
ri turba hymnis canora cœlestibus vlg[ue]; in Ecclesiam cathedralem pro-
sequitur. Salubris enim & sancta est exoratio pro defunctis.
^{a. Mack. 12}

*Quid ibidem circa offa, sancta Elizabeth
Deo locuta fuerit.*

CAPVT IV.

COLLOCATIS ITAQUEIBI reliquiis, ad aspectum venerabilis viduz de-
reliictæ, reserata sunt scrinia, & offa reuelata. Quid tunc doloris, &
amoris in corde eius fuerit, sol⁹ scire poterit es qui nouit corda omniū
filiorum hominum. Ego puto, quod renouatus est dolor; commota
sunt viscera; contremuerunt offa, cum dilecti quōdam corporis compa-
pages dissolutas, offaq[ue]; dissipata cerneret & dispaeta. Tantoq[ue] absor-
pta miserore, memor Dci, resumpto spiritu, dixit:

*Gratias tibi ago Domine, quod ancille tuae, ingens, quod habui deside-
rium, in aspectu osium dilecti mei, adimplere; & afflictam & desolatam ani-
mam meam dignatus es misericorditer consolari. Ipsum tibi à semetipso, & à
me in subsidium TERRÆ tuae SANCTÆ & oblatum non inuideo; licet cum dile-
xerim ex corde. Tu scis Deus, quod eius desiderabilem presentiam, mihi gra-
tissimam, omnibus huius mundi deliciis & gaudiis anteferrem; si ipsum mihi
tua benignitas concessisset. Optaremque omni tempore vita mee in egestate
& mendicitate viuere, dummodo eius frui contubernio de tuo beneplacito li-
cuisse. Nunc vero ipsum, & me tua voluntatis dispositioni committo. Nec
enim*

enim, etiam si possem, cum ad vitam reuocare minimo mei capit is capillo, praeter tuum benepacitum, vellem.

His dictis, repressisque lachrymarum fluminibus conticuit. Egressaque Ecclesiam in quodam pratello consedit; petuitque ad se ingressi di NOBILES illos de THVRINGIA peregrinos, qui reliquias PRINCIPIS adduxerant, preciosas cordi suo, & desiderabiles super aurum. Quibus ingressis, regalis illa fœmina reverenter & humiliter assurrexit, serenaque facie excipiens eos, & affidere sibi faciens locuta est eis benignè, iniurias ter ceteras, & molestias quas pertulerat, cnarrando.

Qualiter de Babynberg regressi in Thuringiam venerint.

CAPVT V.

Posthac EPISCOPVS cum eisdem NOBILIBVS de recuperanda eius dote, & commoditate, & procastratione eius condigna & honesta ordinanda diligenter & fideliter pertractavit. Qui omnia, quæ iuris & honestatis sunt, eidem, vtpote domina sua, se ordinaturos EPISCOPO promiserunt. Alias autem EPISCOPVS ipsam eis nollebat committere deducendam. Igitur promissis acceptis, & exequiis debita veneratio- ne & devotione celebratis, accepta ab EPISCOPO BENEDICTIONE, & facta valedictione, hi in sua; & hi in THVRINGIAM cum domina reliqua, & ossibus defuncti PRINCIPIS, itinere prospero, quamvis lugubri redierunt.

Nunciata sunt hæc in THVRINGIA; & commota est terra, & factus est planctus & luctus omnium magnus. Occurrerunt autem COMITES, & NOBILES, milites, & de ciuitatibus, oppidis, & villis diuites, & pauperes, utriusque sexus innumera multitudo. Venientibus ad claustrum * REINHARTSBVRNNE, processit obuiam Monachorum religiosa, & clericorum non modica congregatio; & tanti funeris reliquias devotione congrua suscipientes cum orationibus solitis, & lachrymosis modulationibus perduxerunt.

Quomodo ossa conduntur in sepulchro patrum suorum.

CAPVT VI.

DEniq; vigiliis, & orationib; & elemosynis, MISSARVM soleniis,

Aa 2 & ob-

*M. Reyn
heriburn
al. Reyn-
hariburn

188 Theodorici Turingi de S. Elizabeth Vngar. Reginā,
et oblationibus, & omnibus ad decorum funeris, & salutem animæ
pertinentibus, rite, deuotè, ac solenniter consummatis, nobiles illas
ossium reliquias in sepulchro maiorum suorum venerabiliter condi-
derunt. Aderant ibi domina SOPHIA mater, dominaque ELIZABETH
relicta, HENRICVS & CONRADVS fratres ipsius PRINCIPIS, eratque lu-
ctus & moeror, omniumq; tristitiam nouit, qui solus mœrorem con-
siderat & dolorem.

*H*C
a M. ita le-
git: anno
Pomini
M. CC.
xxxvii.
ubitemen
guida no-
tam primā
numeri
denarii
induxit.
b M. Rein-
bersburn.
c M. Qua-
liter Hen-
rum fra-
trem de-
functicum
B. Elizab-
eth adie-
rint.

Mortuus est autem anno Domini millesimo et ducentesimo vi-

cesimo septimo, tertio idus Septembris, in SICILIA ciuitate, quæ dicitur

ORTRAT. Translatisque ossibus, ut prædictum est, sequenti anno

sepultus est in cenobio Monachorum ordinis sancti BENEDICTI,

quod vocatur b REINHARTSPRUNNEN. Vbi requiescat in Dei pace,

Amen.

c Inuenitur frater defuncti, quod expulerit
sanc̄tam Elizabeth.

CAP VT VII.

d M. Var-
gila, Lu-
solfus de
Berleste,
Harmon.
therus de
Vargila,

Post peractam, ut dictum est, condignis exequiis tanti funeris sepul-

turem, & cunctis in sua remeantibus, virtutilli honorabiles, & praci-

pui milites, qui cum felicis memoria defuncto PRINCIPTE peregrina-

ti terram egressi fuerant, eiusque ossa, venerabiliter reducta, cum de-

bita honorificentia tumulauerunt, reliquit ipsius dominam ELIZA-

BETH, quam in sua fide suscepserant, curantes, HENRICVM fratrem de-

functi, sponsionis BAMBERGENSI EPISCOPO factæ memores, adie-

runt.

Hæc sunt autem eorum nomina, celebri semper memoria reti-

nenda. RVDOLPHVS PINCERNA de VARILA, LEVOLFVS de BERL-

STETTEN, HARTVVGVS de ERBA, WALTHERVS de VARILA: viri vtí-

que omni prudentia prædicti, & honestate conspicui.

Quorum primus, RVDOLPHVS videlicet PINCERNA, PRINCI-

PIUS de ERPEM iuuenulum, aliis astantibus, ceterisque, qui aderant aduocatis,

pha, Wal- sicallocutus est:

*E*AUDIUMUS & conturbata sunt mentes nostræ; & operuit confusio

*v*ultus nostros, pro eo, quod talis vita in honestas & impietas est inuenta. Eia

*m*i domine, quid fecisti? Fratris tui reliquit mæstissimam, filiam REGIS no-

*b*ilissimam, quam consolari, & honorificare oportuerat, sine causa de hoſſi-

*t*io, & possessionibus, tanquam tuperne irreuerenter eieciſſi; & inopem men-

*d*icare

dicarereliquisti. pupilos fratribus, quos tua gubernare tutela debuit, à matre propter inopiam separari & elongari oportuit. Vbi tunc fraternus affectus? quid sexus fragilis, vidua desolata, mulier afflita & exul potuit? quid denique famina sancta nocere voluit? Proh dolor! Deum irritasti, personam tuam in honoraisti, THVRINGIAM confundisti, famam tuam minuisti; & verè formido est, vindictam DEI, terræ superuenturam, nisi satisficeris placando fremain tam beatam.

Mirabantur qui aderant, quod tam audacter ad PRINCIPEM vir constantissimus loquebatur. Sed verè meritò probata virtus corripit infipientes. Obstupuit iuuenis dum haec diceret, & resolutus in lachrymas multum fleuit, dicens:

Doleo valde, quod factum est. Ideoque ut in oculis eius gratiam inueniam, omne quod desiderat ELIZABETH, soror mea, faciam; & hoc secundum vestram voluntatis arbitrium paratus sum pro viribus adimplere.

Respondit PINCERNA: Hoc est domine, omnino tuae necessarium existimat, si ram Dei euadere, & ea que Leisa sunt, cupieris reparare.

Qualiter sancta Elizabeth pompam potentum deflexit.

CAPVT VIII.

Cumque haec ad illustrem fœminam per dictos viros relatofuerint, respondit:

Castræ, ciuitates, & oppida, & terras quibus implicari & distractio operetur, nolo. Verum pro his, quæ mihi iure debentur, respectu dotis, peto exhiberi de gratia fratris mei, quibus vti, habere, & expendere, ad votum libere mihi licet pro salute dilecti mei defuncti, & propria.

Dum haec venerabilis proferret fœmina, quæ sursum sunt, quærebant, non quæ sunt super terram. Ferebatur intentus eius intentio ad despectum caducorum, ad appetitum aeternorum, ad elemosynas pauperum, ad miserationem egenorum.

Cumque haec pertractata fuissent, effectu mancipanda, valefacto cunctis, cum gratia & lachrymis, commissaque Dci gratiae, ad sedes proprias sunt reuersi.

At venerabilis ELIZABETH, quamdiu cum sororio dignata est commorari, reuerenter eam habuit, faciens eam benignè & honorifice pertractari. Ipsa autem Deo plena cognoscens huiusmodi commoditates

MJSJJ
M. 16
SIV
27

190. *Theodorici Turingi de S. Elizabeth Vngar. Regina, ditates & fastus Principum ac diuitium, de incommodis & oppresionibus pauperum plerumque prouenire, subduxit se: eligens magis affligi cum populo Dei, & inter populares computari, quam regalibus deliciis interesse. Accidit ergo ut in paupertate, sicut prius degeneret, & inopia premeretur.*

De contemptu, quem à nobilibus Thuringia sustinuit.

CAPUT IX.

VIdetes autem nobiles & magnati, quod mundum & mundigloriam sperneret, & noller; despicerunt eam; adeò, ut nec viare eam, nec alloqui dignarentur. Insultabant autem, & infamabant eam, multipliciter; insanam, & fatuam dicebentes; eò quod seculi diuitias abiiceret. Quorum blasphemias contumeliasq; tam latè animo, & vultu hilari sufficerat in Domino; ita ut improperearent ei, quod obliteris mariti gauderet, cùm lugendum magis ei foret, ignorantes miseri, eam habere gaudium, quod non datur impiis.

Gaudebat plane morti non obliteris temporalis mariti; sed memor sponsi vitæ aeternæ Christi. Gaudebat in tribulationibus sciens, quod infliguntur diligentibus. Gaudebat, & gratias agebat, quia propter votum castitatis digna habita est, contumeliam pati ab amatoribus teterimæ voluptatis. Nam si nubere voluisset, optima quæque huius seculi, & potiores præsentis vita dignitates, diuitias, & delicias inuenisset. At ipsa diuitiis **ÆGYPTIORVM** præferens improprium CHRISTI, & proposito sibi gaudio, prælegit CRYCEM, confusione contempta.

Venerabantur tamen ipsam omnes pietatis cultores, recta sapientes, in quorum erat oculis. Nam & dominus PAPA GREGORIVS nonus APOSTOLICIS eam scriptis consolans, sanctorum quoque exempla ei proponens, & vitam aeternam pollicens, ipsam ad castitatis perseverantiam, & patientiae constantiam benignè ac paternè hortabatur, personam ipsius & bona sub protectione recipiens SEDIS APOSTOLICÆ speciali. Qui etiam MAGISTRO CONRADO, sacerdoti deuento, & viro coram Deo & hominibus comprobato, eam suis literis diligenteriis recommandans, eundem sibi instituit defensionem.

LI.

LIBER SEXTVS.

Quomodo sancta Elizabeth anbelabat Deo
seruire in extrema paupertate.

CAPVT I.

Dei autem famula ab omnibus se præsentibus & terrenis auer-
tens, & soli Deo placere, & adhærere cupiens, præfatum virum,
qui auctoritatem super eam APOSTOLICAM accepérat, de sui status
ordinatione prudenter consultauit.

Trutinans autem in animo monasticam perfectionem, solita-
riamque reclusionem, necnon & aliorum statuum meritum & remu-
nerationem, prælegit omnibus in corde suo omnimodam pauperta-
tem, & publicam mēdicitatem, qua vietui neccffaria pro nomine Do-
mini pateret ostiatiun.

Quod aggrediendum, dum à Magistro CONRADO consensum
cum lachrymis, & multa humilitate pateret; indignanter & cum seue-
ritate vir prudens eam repulit; humilitati & imbecillitati prouidens
muliebri.

Videns quod sacerdos suæ petitionis intentioni nō concederet;
in furore Euangelicis obtemerandi consiliis, dixit ad eum; Hoc ag-
grediar: in quo mihi contradicere, & à quo me retrahere non poteris,
pater; sc̄ens, quod non monitis dominicis* contraire debeam.

Cūm igitur dies PASSIONIS ageretur DOMINICÆ ante PASCHA,
erat CHRISTI discipula in quadam suo oppido, in quo viri religiosi
FRATRES MINORES, quos etiā ibidem locauerat, habitabant. Die au-
tem PARASCEVE dum pro MYSTERIO & memoria SALVATORIS pro
nobis nudi nuda CRYUCE pendētis altaria nuda apparcerent; MAGISTRO
CONRADO, & quibusdā de prædictis fratribus præsentibus, in quadā
CAPILLA ponens super nudum altare manus sacras; voluntati pro-
priez, parentib⁹, liberis, & cognatis, omnibusque huiusmodi pompis
renunciavit, imitatrix Christi; & omnino se exuit & nudauit, vt & nu-
da & nudum paupertatis & charitatis gressibus sequeretur. Et cum
possessionibus etiam renunciare vellet, retraxit eam pius & prudens

MAGISTER CONRADVS: volens vt de his, quæ ratione dotis
habere poterat, & mariti soluerentur de-
bita, & egenis eleemosyna
largiatur.

De

NJSJJ
m. 16
SIV
27

* M. con-
traver.
* M. age-
res
resufo

Theodorici Turingi de S. Elisabeth Vngar. Reginas,
De transitu eius in * MARPVRG.

CAPVT II.

His itaque gestis, timens tumultum seculi, & fallaciem; non multo post tempore THVRINGIAM, in qua gloriouse cum viro vixerat, declinas, in MARPVRG MAGISTRVM secuta est. Quo cum peruenisset, nec ibi propter querundam amulorum suorum persecutionem, conuenienter manere posset, ad quandam rurensem villam se contulit. Et ne cuiquam esset oneri, quandam desolatam curiam ingressa, dum commodiorem ibi non inueniret locum; sub gradu cuiusdam caminata se recepit, frondibus se protegens & obumbrans. Cibos ibi, prout habere poterat, preparauit, gratias agens Deo: solis ardorem, ventorum turbinosum infultum, fumiique molestiam, cius oculis grauissimam, cum gudio sustinebat. Interim in oppido MARPVRG construxit a fuit ei de materia luti & lignorum domuncula, & habitatio humilis: quam ingrediens ibidem cum suis in omni humilitate & patientia morabatur.

*Qualiter contemptum mundi à Do-
mino impetravit.*

CAPVT III.

Magister vero CONRADVS, qui cum commissione APOSTOLICA erudiendam suscepit, & regendam; de profectu salutis, & sanctitatis eius sollicitus; contemptum ei temporalium persuasit, & despctum omnium terrenorum. Quod Dei famula considerans se suis viribus non posse perficere, conuersa ad Dominum, quod concipiuit, precibus impetravit. Nam cum orationem, deuotam fudisset ad Dominum, familiariter dilectis sibi pdissequis dixit:

Dominus audiuit orationem meam. Et ecce omnes mundane possessio-
nes & diuitiae, quas olim dilexit, sunt à me tanquam stercore repudata. Ipsi os
etiam veteri mei dilectissimos parvulos, quos tenuivimus amplexu affectabam,
iam velut alienos intueor, Deo teste. Ipsa eos obtuli, & commisi. ipse de eis or-
dinet, & impleat suæ beneplacitum voluntatis, in calumniis quoque hominū,
& detractionibus malignorum, meiq; contemptu gratulor & delector. Nul-
lam creaturam, sed solum omnium diligo creatorē.

O sublimem animam quæ nec rērum cupidine, nec prolixi dul-
cedine,

Cedine, nec contumeliatum amaritudine potuit incuruari! O quam
pura oratio, & quam sincera deuotio, qua tantam gratia copiam me-
ruit obtinere! O singularis charitas, qua tanta virtutis magnitudinem
opere praevaluit exercere!

*De institutione hospitalis in
Marpurg.*

* M. in-
flauratio-
ne.

CAPUT IV.

ET quia charitas, vbiunque mentem impleuerit, operari magna
confuerit, XENODCHIVM instaurare cepit, vbi infirma Christi
membra colligeret, in quibus ipsi CHRISTO DOMINO subseruiret. Et
vad seruendum expeditam se & habilem redderet, secularium indu-
mentorum pondus & fastum abiiciens, humiliavit REGIS filia corpus
suum; vtpote ancilla CHRISTI seruilem se ostendens personam. Sus-
cepit itaque de manu MAGISTRI CONRADI habitum humilem & ab-
iectum, cui obscuritas in colore & vilitas inerat in valore.

Induta est vestitu confimili cum ea armigera eius GUTA charis-
fima, puella deuotissima, & pedissequa fidelissima. Incumbebat Dei
familia ELIZABETH orationi assidue exercebat opera charitatis & mi-
sericordiae. Et quos paupertas, debilitas, vel infirmitas plus alii op-
prescerat, quoque deuotio plus commendabat; in suo hospitio colli-
gens, ipsis in persona propria humillime ministrabat.

Cernens autem MAGISTER CONRADVS, quod huiusmodi mi-
serabiles & de spectas personas mense sua apponere, reprehendit. Cui
illa anteactam vitam recolligens, dixit: Necessario se contraria con-
trariis sic curare; asserens & a talibus se gratiam accipere singularem.

Intelligens igitur vir prudens discipulam CHRISTI ad summam
perfectionis culmen velle concendere; omne quod ab hoc proposito
retardare tam putauit, amouere; & quod promouere creditus, studuit
adhibere. Ideoque omnem familiam pristinam in qua delectari vel so-
latiari consueuerat, paulatim, ac sigillatim ab ipsa repulit: quos singu-
los cum dolore gemituque dimisit. Tandem venerabilem dominam

*HYSENTRIDUM ei praedilecta ab ea expulit: à qua se cum multo cor- *Ysentra
dis grauamine & infinitis lachrymis separauit. Postremò GUTAM, quæ dim.

cum ea ab infantia fuerat, quam specialissimè dilexit, ab ea expulit; quā
cum multis fletibus ac suspiriis dereliquit. Proinde autem sacerdos
sanctus Dei famulam omni humanæ societatis solatio deslituit; vt &

Bb

obe-

MJSJJ
m. b.
SIV
27

194 Thedorici Thuringi de S. Elizabeth Vngar. Reginæ,
obedientiæ eius innocentie constantia, & adhærendi Deo soli pre-
beretur copia.

De ipsius victus & vestitus vilitate.

CAPVT V.

REmanſit autem paupercula ELIZABETH sola Deo ſoli derelicta;
in humilitate & paupertate multa degens alimento & tegumento
viliſſimo ſuſtentata. Nam cibos cum ancillis præparabat in ſipidos
& in ſulfos; ut pote cui ad præparationem nec ars nec materia ſuppete-
bat. Leguminibus, vel communibus olcribus ſapè in ſimplici aqua de-
coctis contenta erat, propter nimiam egeſtatem. Et cum idem miſe-
rabilis cibus eius negleſtu aduentionem ſaperet; pro hoc ancillarum
correptionem cum gaudio ſufferebat. Si quid verò quandoque dele-
tabile habere poterat, hoc ori ſuo ſubtrahens; pauperibus in cuius ho-
ſpitio manentibus ministrabat. Vičtum etiam manuum opere velut
quaſtaria quærere conſueuit. Linum quidem fuſare neſciebat. La-
nam verò de ALDENBURG coenobio SANCTIMONIALIVM ſibi tranſi-
miſſam fuſabat: Accipiensq; minus, quām debuit, inde ſe, vt poterat,
ſuſtentauit. Hæc de vičtu dicta ſunt.

De veſſimento quid dicemus? veſlis eius vilis & aspera fuit: pal-
lium eius coloris grisei, quod breue fuit: alterius coloris panno pro-
longatum fuit. Manicas & tunicae rupturas alterius coloris panno ha-
buit emendatas. Panniculos quoq; viles & abiectos cuiusq; coloris &
vndecunq; collectos aſſumens, propriis manib⁹, vt poterat, iacturam
incendii laris coquinæ reſtaurabat; vetereſque ſciſſuras attriti amictus
ſui reficiens, acu imperita, pannis vilibus obſtruebat.

*De magna paupertate quam ſuſti-
nuit.*

CAPVT VI.

Accidit eo tempore, vt REX potens VNGARIAE, pater huius pau-
perculæ ELIZABETH, ſolennem mitteret nuncium, COMITIUM
videlicet *PAMAM nomine, cum multo comitatū, ut reuocaret ad ter-
ram ſuam ELIZABETH filiam ipsius. Audicerat REX glorioſus & diues,
quod filia ſua quaſi mendica viuens, omni ſolatio eſſet deflita. At
præfatus COMES in MARBYRG oppidū cum suis veniens, inuenit do-
mini

* M. Pani-
am. al.
Pantam.

mini sui REGIS filiam sedentem ad colum, & lanam nere. Et præ admis-
ratione SIGNO se CRUCIS consignans; exclamauit, dicens: *Nunquid ha-*
cerus risum est, filiam REGIS lanam fusare?

Attentauit autem ille nobilis animum eius flectere; vt ad patrem,
& ad regnum unde habebat originem, remearet. Verum illa paupertas
ten CHRISti regalibus patris diuitiis & thesauris, exiliu[m]q[ue] pro Do-
mino natali preferens solo iudicium non potuit, vt cum nuncis patris
ad terram nativitatis rediret.

Tunc illi ad regionem suam reuersi sunt, nostra verò quæsturia
ad colum suum residens apprehendit fusum; victimum sibi manibus
queritando. Tantoque studio huic instabat operi, quod saepius & de-
bilis, & infirma, lectoque iacens lanam fusabat. Cumque ancilla co-
lum de manibus eius, vt sibi parceret, rapiebat; ne omnino esset otiosa
ad futuram filiationem, lanam trahendo & dissipando manibus eius
preparabat. Sicque cum his, quibus fusabat, egit fideler, vt aliquan-
doa MAGISTRO CONRADO, vt veniret. * HYSENACH, à MARBURG VO-
cata, SANCTIMONIALIBVS de ALDENBURG cum aliquanta lana preci-
um, quod acceptum ab eis nondum meruerat, remitteret, ne quid ul-
tra debitum retineret.

De affabili eius coniunctu.

CAPVT VII.

¶ Orrò quæ dulciter & humiliter cum domesticis suis ancillis &
familia conuersata sit, quis enarrabit? à pueritia enim usque ad fi-
nem vita sua cum simplicibus, & humilibus, & cum pauperibus con-
versatio & confabulatio eius fuit. Tandemque post mutatum habi-
tum, ab ancillis suis, quæ etiam omnino pauperes & degeneres, domi-
nam se noluit appellari: sed simplici suo nomine tantum, sicut co-
quales vel inferiores consueuerant vocitari. Cum quibus & cibos co-
quæ solebat, simulque sumere: faciens eas in mensa ad latus suum se-
dere, & de sua scutella pariter manducare, quarum vna * HYRINE-
GARDIS nomine, tantam humilitatis exhibitionem stupens, die
quadam dixit ei; Tu domina in nobis tuum meritum cumulas, no-
strumque periculum perpendere dissimulas: quæ intumescere pos-
sumus, quod vna tecum comedimus, & in tuo latere reside-
mus. Adhac ancilla ancillarum CHRISti; Ecce, inquit, oportet
te in sinu meo sedere. & fecit ipsam HYRINEGARDIM

* M. Yr-
mingardis

Bb 2

in

196 Theodorici Thuringide S. Elizabeth Vngar. Regina,
in suo gremio residere. sicque cum eis affabilis, & benigna visitabat;
tractabilis & mansueta; sermonibus affluens dulcibus, & iocundis, &
nihilominus utilitate foecundis.

Nequaque enim sustinere poterat, quod quisquam, ea pra-
fente, verba vanitatis, vel indignationis, & irae proferret. Verum si
quando coram ipsa huiuscemodi verbum infonuit, mox illud gratio-
bus auctoritate castigauit, dicens: *Vbi nunc Dominus? de se etenim loquenti-*
bus consuevit Dominus suam præsentiam exhibere.

Matt. 18,

De indefessis exercitiis operum pietatis.

CAPUT VIII.

IBAT quoque cum ancillis ad domus pauperum, faciens secum de-
ferri panes, carnes, farinam, aliaque viictui necessaria: quæ manu
propria pauperibus largiens, diligenter lectos, & vestes eorum respi-
ciens visitabat; occulte annulos aureos, & pepla ferica, aliaque xenia se-
cularia vendend odistrahrens, egentib' ministrabat. Et quidquid pau-
peres desiderabant, hac illis studiosissime prouidebat. Nempe agro
desideranti pisces, cupiens satisfacere, procuratorem suum intuocans
DOMINVM IESVM CHRISTVM, ad fontem proflus sterilem, ut aquam
hauriret, festinatuit. Moxque ad hospitium reuersa piscem sufficien-
tem in vase reperit, & infirmum refecit.

Multa etiam miracula in vita sua per eam dignatus est omnipotens ostendere: quæ ipsa humilitatis cultrix studuit occultare. Mater
quoque eius iam dudum miserabiliter ab VNGARIS interempta, in
somnia ei apparens flexis genibus, dixit:

*Mi dilecta filia ora pro doloribus meis, quos adhuc patior; quia negli-
genter vixi; potes enim.*

Ewigilans ELIZABETH, surgit cum fletu; oravit denotè: & iterum
obdormiuit. Ad eft mater denuò & gratias agens se afferuit liberatam:
dicens orationem eius cunctis eam inuocantibus profutaram.

Inter cætera pietatis opera ministra CHRISTI ELIZABETH, pue-
rum paralyticum, vtroque parente orbatum, continuoque fluxu san-
guinis laborantem, quandoque sex vicibus, vel pluries ad huius ægritudinis requisita, brachiis sanctis noctibus deferens, suis manibus for-
des abluebat.

Quo mortuo, virginem leprosam assumpsit. Cui in domo sua
absconditæ omne charitatis impedit officium: ut non solum ad ci-
ban-

bandum, eijs sternendum, & lauandum, verum etiam ad discalean-
dum eam se mulier sancta REGIS filia humiliter exhiberet.

Quia per MAGISTRVM amota, puerum pauperculum scabiosum,
nec pilos in capite habentem, cura aadum assumens eius in lauando, &
medicando, nescio a quo didicerit, curam gessit.

Præterea ELIZABETH ancillarum CHRISTI humiliata suis sub-
seruens, ollas, scutellas lauabat; patellas, cæteraque vasa coquinaria
mundabat suis manibus & tractabat. Et ut hoc abiectum & seruile o-
pus liberius exercere potuisse, ancillulas eo tempore de domo emitte-
bat. Quæ regresse, ipsam id agere, yel legisse sepius inuenierunt.

Loquar nunc ad te confidenter, ô nobilis & sancta foemina,
Quid est ELIZABETH? quid operaris regis filia? cur inquinaris per hæc
villa quæ nutriebaris in croceis, cur amplexaris stercora? quare spernis
palatia, & amas tuguria? responde obscro mihi.

Noli mirari quæ facio opera: non ego operor illa, sed in me ma-
nens Dei gratia, quæ ego ago, non vilia, sed Dei mirabilia: nec sunt in-
quinamenta, sed inorum medicamenta. Causa ne dicas stercora; qui-
bus sanctis cantur pectora. Contempsi mundi palacia: quæ sive enim
regna coelestia. Elegi vitam quam reputavi despectissimam: & si foret
despectior, hanc præeligerem ut charissimam. Nam per viam arctissi-
mam iuri ad gloriam amplissimam.

LIBER SEPTIMVS.

Beata Elizabeth omnem dotem suam in
pecunias resoluit ad erogan-
dum egenis.

CAPVT I.

Post mortem * illustrissimi Principis felicis recordationis LVDEWI-
CI THURINGIAE LANTGRAVII, relicta ipsius venerabilis ELIZA-
BETH, aliquandiu, ut prædictum est, pauperem gessit vitam, & grauem
cum hilaritate multa & patientia pertulit egestatem. Tandem MA-
GISTRO CONRADO mediante, quem dominus PAPA GREGORIVS no-
nus eidem defensorem, à domino HEINRICO fratre mariti
sui quædam accepit Dei famula pensionem. Erat quippe idem HEIN-
RICUS

Bb 3 RI-

* m. f. Co:
dex Reb,
dorf. lere-
nißimi cr
i.

A.J.S.J.J

M. 14

S IV

27

198 Theodorici Turingi de S Elizabeth Vngar. Regina,
RICVS vir benignus, & MAGISTRO CONRADO fatis subditus, & de-
votus.

Acceptam verò fideli dispensatrix, & prudens non fudit in ter-
ram, nec in sudario abscondit pecuniam domini sui: sed ad mensam
dedit eam, & tradidit ad vsum. Nempe hæc vcrissima Christi dis-
cipula EVANGELICTS edicta consiliis obediuit, & omnia que habuit,
vendidit, pro rebus sua dotis immobilibus res petens, & acceptans
mobiles; mobilem per mortem se cognoscens; de mobilibus sibi fati-
gens æterna & immobilia promouere. Iuxta euangelicum verò dictu
datura pauperibus iussit edicto de circumferentia oppidi MAREVRG
ad duodecim milliaria multitudinem pauperum conuocari. Et vt in-
differens sit, nullique præcludatur hac largitatis gratia, certus locus, &
dies cunctis venire volentibus designatur.

De larga eleemosyna ipsius.

CAP VT II.

Conuenit igitur loco & die praefixo pauperum debilium, cœco-
rum, & aliorum cœgentium infinita vtriusque sexus vndique mul-
titudo. Aderant viri & famuli robusti, qui tumultum compescerent,
& turbam per loca disponerent ordinatè. Et vt vulgi ignobilis auda-
cia, & indigentia comprimeretur audiens stolida; lex statuta est, pos-
taq; pœna, quod si quis de loco surgeret, vel aliis præiudicium faciens
eleemosynam iterato accipere præsumeret, capillorum detracu-
tionem confusibiliter sustineret. Erant insuper personæ fideles, & ido-
næ in dispensatione huius ministerii constituta. Præterea aderat mul-
titudo non minima, quæ videre venerat, quod siebat. Horum omnium
stebat medio REGINA gloria, & inclita, vultu placido, corde iocund-
o: misericors in hilaritate, tribuens in simplicitate. Ibat succincta inter
miseros consolatrix miserorum. Gaudebat in exercitu pauperum filia
Principis. Gratulabatur in aduenis & pupillis hospita liberalis: tribu-
ens & distribuens, pro vt destinavit in corde suo; non ex tristitia, aut
ex necessitate; sciens quod hilarem datorem diligit Deus.

Distributis itaq; inter tot millia pauperum tot thesauris, mareis
videlicet quingentis vna die; redierunt ad loca sua, Dominum in fa-
mula sua ELIZABETH collaudantes.

Remanserunt autem nocte illa infirmiores & debiliores quique
in angulis, & in sepibus hospitalis. Quos videns pauperum misericatrix
cole-

colleget; præcipiens ignem in longum parari eorum eis, panesque distribui, quorundam pedes lauari, & vngi, singulisque sex COLONIEN-
SES nummos dari, maioribus, & pusillis. Tunc repletum est gaudio-
cor eorum, & lingua exultatione; cœperuntque cantare. Quid audie-
cūs huius autri lexitiz, gaudebat cum gaudientibus.

Dic obsecro, quis vñquam Imperatorum, Regum vel Princi-
pum, aut etiam sanctorum, tam copiosam vno die loco que in tot mil-
lia pauperum effudit eleemosynam. Verè non est in hac prerogativa
gratia inventus illi similis; ideoque non immerito eleemosynas illius
charabit omnis Ecclesia sanctorum.

*De conuersione cuiusdam
puellæ.*

CAPVT III.

Ilo quoque sic quo tam larga quingentiarum marcarum fuit elec-
mosyna distributa, contigit ut puella quædam capillis ornatissima,
tanquam statuta legis præuaricatrix dominæ ELIZABETH iudicio of-
ferretur. Quæ vīla capillorum eius pulchritudine, iussit eos continuo
circumcidiri. Quo facto cecepit adolescentula alta voce ciulare. Aderant
quidam dicentes, eam innocepti punitam. Venerat non eleemosy-
nam acceptura; sed sororem suam infirmam visitatura. Quibus domi-
na ELIZABETH. Bene, inquit, pro ea factum est: his capillis choreas, de
cetero non frequentabit. Quæ cum vocata fuisset, &c ad eius venisset
presentiam; quæsiuit, si quando melioris vita propositum habuisset.
Puella respondit: Dudum, inquit, Domino in habitu religionis fa-
mulum exhibuisset, si non me tantum cœsarici meæ claritas pul-
cherrima delectasset. Ecce quomodo grauabat eam casaries! Verè
cum ABSOLONE pulcherrimorum capillorum suspendio interisset
nisi eam Dominus per famulam suam ELIZABETH totondisset. Quo
audio, dixit ELIZABETH castitatis amatrix; Plus igitur gaudeo de
tuorum præcisione capillorum quam de filii mei gauisura forem in
Romanum imperium prouectione. O verbum gratia, sermo regalis,
defonte pro diens sincerissimæ charitatis. Assumpit ergo
eam piissima domina mutato seculari habi-
tu in hospitali perpetuò
seruituram.

Quo-

NJSJJ
SIV
27

200 Theodorici Turingi de S. Elisabeth Vngar. Regina,
Quonodo Magister Conradus exercuerit
sanctam Elizabeth in fractione
proprie voluntatis.

CAPVT IV.

H Is ita gestis: residuum pecunia, quam pro dote sua, Dei famula acceptauerat, in vñus cōsimiles charitatis & misericordiae studi erogare. Dilatum erat cor eius, & manus aperta inopi, & palma extensa ad pauperes. Vnde confusuit non parcere & pauca, sed liberaliter & multa miseris & egentibus clargiri. Quod MAGISTER CONRADVS compriens, ipsam nō sufficere formidans, nimiam ei effusione & prodigiam interdixit; eo quod nihil prorsus retinaret, quin pauperibus largissime erogaret. Adiunxerat autem ei qualdam faminas austeras, per quas multas oppressiones, & coerciones sustinuit in patientia propter CHRISTVM. Que etiam rigidè se habentes ad ipsam, & obseruantes facta eius ad Magistrum ea frequentius detulerunt, de obedientia non seruata; eo quod egenis aliquid daret, vel dari ab aliis flagitaret.

Accusat verò sic ab illis multa sc̄pius verbera à MAGISTRO pertulit, ita ut alapas in faciem ei daret: quas tamen ex desiderio optauerat in memoriam alaparum Domini sustinere.

In rebus arduis & difficilibus obedientiam voluntariam & prōptissimam custodiuit. Nam ad loca quantumcumq; distantia à Magistro vocata, sine mora citius veniebat. Amantissimi suis, & intimis dominis YSENTRVDI & sorori GVRKE, ad eam quandoque venientibus; nec pro vietu saltem quidquam dare; nec audiebat sine licentia salutare.

In misericordiis autem pauperum obedientiam paratissimam exhibebat. Prohibita namq; ne plus, quam vnum nummū vni daret pauperi sigillatim tribuit, quod simul largiri non licuit. Nummorum igitur largitio interdictus, panis verò conceditur. Verum sicut in nummis, sic obedientiis in panibus erogandis. Iubetur tandem ne panes integros tribuat, sed panis particulas tantum tradat. In omnibus his exercebatur obedientia, & prouocabatur misericordia. Quando prohibebatur elemosynas dare, leprosus & alios infirmos folidos balneis lauabat. Ipsa languens erat miserationis affectu in dolore compassionis intrinsecus cruciata.

de

De zelo sancte Elizabeth erga annas infirmorum.

CAPVT V.

AT vir iustus vident, quod feroore spiritus seme tipam non curaret, cunctaque terrena tanquam stercore reputaret; timens temeritudinem nobilitatis eius posse morborum contagio infici, vel corrupti; à talium eam familiaritate arcebat; à tactu etiā & deosculatio ne ulcerum prohibebat. Nempe circa horridos, & fetidos, & omnibus abominatos miserios inaudita à seculis, & stupenda ferebatur sancti spiritus vehementia; & incredibili & miranda, commanendi, correctandi, procurandique studiosissima diligentia. Prodigalitatem ei etiam & immoderatam eleemosynarum largitatem, quae necessitatibus nil retinere curavit; prohibuit seruus Dei.

Nec pati se dignum iudicauit, quod talis persona ori proprio detrahens, deficeret alius largiendo. Accum hunc inspiratio diuina mentem eius docuerat: quem sic per serum suum temperandum decreuerat.

Instabat tamen minister in hospitali & cooperans. Balneatis sternebat, ieiectos deponebat & tegebat; dicens ad ancillas: Quām benē nobis est, quod dominum nostrum sic balneis lauamus & tegimus! Cui una ex eis, Tibi, inquit, domina benē est cum istis; nescio si alias ita benē est.

Ores miranda & digna memoria commendanda! Nulla scriptura loquitur sanctorum quenquam tanta sedulitate, tantaque familiaritate sordidissimorum infirmorum immundicias obsequiosis manibus correctasse, tamque indefesso corde omnibus misericordie operibus usque ad mortem infudasse. Merito proinde apud misericordiarum patrem specialis gloria prærogativa prælucet, cuius miserationes super omnia opera eius. Quia non solū corporalibus commodis, sed in spiritualibus exhortationibus studiosè curavit cunctis prodesse fidelibus.

Admonerat piè homines ne paruulos negligerent baptizare. Infirmitos, ut SACRAMENTA ECCLESIAE requirent, & perciperent, verbis & factis efficacissimè inducebat. Nam quandam pauperculam, ut confiteretur admonens, nō profecit. Iacobbat enim misera illa somnolenta & pigra. Quām benigna animarum zelatrix virginis verberauit, &

CC. à som-

MJSJJ

m. b.

SIV

27

202 Theodorici Thuringi de S. Elizabeth Vngar. Regina,
à somno negligentia verberibus excitata ad CONFESSIONEM indu-
xit. His & aliis pietatis exercitiis ingiter intenta maiestati diuinæ grata
exitit & placuit, mundi amatoribus displicuit, apud quosdam etiam
pios reprehensibilis apparuit; nunc autem inter sanctos tanquam sol
resplendet.

Qualiter quidam ingratis sanctæ Elizabeth
non valuerunt progredi.

CAPVT VI.

CVidam pauculæ vicinæ partui nutrix pauperum ELIZABETH, hos p̄spitium & in eo iussit omne commodum prouideri. Infanti cū baptizaretur nōm̄ suum ELIZABETH imponi voluit. Qualibet dīc matrem visitans, benedicbat, pascens eam piē & dulciter integro ferē mense. Tandem cū à benefictrice sua accepisset pallium & calceos, quos de sanctis pedibus exuit, & pepla, lardum, & farinam, & duodecim nūmos COLONIENSIVM, & puerū manicis, quas de pellicio famulū suā tolli iusserat inuolutū sero valfaciens dominæ beneficē recellit manē cum marito, puerō derelicto. Ante matutinas verò dixit misera-trix ELIZABETH ancillæ suæ, Defer quas habeo species pauculæ illi, quibus vtens confortetur. Quæ veniens inuenit puerum sine matre. Quod audiens piissima; pergens, inquit, cito affer puerum, ne negligatur. Quem allatum commisit vxori cuiusdam militis procuradū, acceritoque iudice ciuitatis, præcepit, vt per diueras vias mater pueri quereretur. Qua non inuenta dixit ad dominam ELIZABETH ancilla, Ora ad Deum, vt ostēdat matrem pueri, timebat MAGISTRI CONRADI iracundiam vehementer. Et dixit domina; Non scio petere, nisi quod voluntas Domini fiat. Et ecce post modicum vir regresius prostratus veniam petiuit. Mulierque adducta de ingratitudine & offensagratiam implorauit. Vterque verò manifeste professi sunt, quod progreedi non valentes, tanquam coacti redierunt. Ablatum autem est à muliere ingrata, quod datum ei fuerat.

Sanè pallium collatum est deuotæ virginis, quæ mox in castitate se voulit Domino seruituram. Calcei verò dati sunt cuidam viduæ, compassa tamen misericors ELIZABETH, mulieri calceos alios dari iussit. Quæ recepto puerō discessit.

Vide nunc euidenter, quomodo triumphat gratia de natura, &
super tam præualct excellenter. Nonne consideras, quod hæc repleta
gra-

gratia alienos paruos in Deo complectitur, & suorum natos vicecum a se abdicans obliuiscitur. Nempe paruum vteri sui infantulū, annum & sex menses habentem, ne nimio cum amplectetur afferet, se omnino elongari fecit, occasione cius timens a spiritualium exercitio prepediri.

De admiranda virtute orationis sanctae Elizabeth.

CAPVT VII.

Protquam de his, quae in proximorum & miserorum necessitatibus sableuandis, tanquam sollicita & laboriosa MARTHA, misericors & benigna perficit ELIZABETH, nunc ad considerationem spiritualium gratiarum, & diuinorum charismatum, quibus eam Deus decorauit, animum & stylum pariter conuertamus, quid eius meritis praestet SPIRITVS SANCTVS. Quia otium pacata contemplationis precedit laborem iusta actionis.

Nostra de qua loqui intendimus, speculatrix, humillimi studebat operibus, & pessimi insudabat laboribus; a quibus dum vacabat, frequentissimis & purissimis orationibus intendebat. Tanta vero orationum eius virtus, ut non solum spiritualiter, verum etiam corporaliter sentiretur.

Venit ad eam aliquando matrona nobilis * GERTRUDIS de LEIN-
BACH, visitandi gratia, & cum ea adolescens quidam BERTHOLDVS druidus de
nomine seculariter induitus. Quem seculi contemplatrix ELIZABETH
ad se vocans, dixit illi: Videris nimis indiscretè te habere: & quare non
seruis Creatori tuo? Respondit iuuenis: O domina mea supplice vo-
bis, ut oretis pro me, ut Dominus det mihi gratiam suam seruendi
ei. Atilla, Velleme, ait, quod ego orarem pro te. Et ille, Velleme vtique.
Et ipsa inquit: Oportet ut te ad gratiam Dei habiles similiter oran-
do; & ego pro te libenter orabo. Moxque prouolutis genibus in loco
competenti monasterii in WERDE, ubi tunc erat, ceperit orare pro iu-
uene. Ipscque iuuenis a longè orationi instabat. Et cum vterque ali-
quandiu orasset, ceperit iuuenis alta voce clamare dicens: O domina
cessate ab oratione. Atilla instabat feruentius. Postmodum iuuenis altius
voicerari ceperit, dicens: O domina cessate ab oratione; quia aia deficio. Ni-
mio namq; calore accessus iuuenis sudabat, & fumabat, & brachia, totuq;

Cc 2.

cora.

M.J.S.J.J.
m. b.
S IV
27

204 *Theodorici Turingi de S. Elizabeth Vngar. Regine,*
corpus huc & illuc tanquam demens iactabat. Tunc domina ipsius
seruientis, & dux beatæ ELIZABETH ancillæ accurrentes, tenuerunt
eum, & inuenierunt eum totum incaluisse, vestesq; nimio sudore ma-
didus. Sæpius autem iterans clamorem, tandem dixit: In nomine Do-
mini oro, ut cœlestis ab oratione, quia iam igne consumor. Et quæ te-
nebant eum, vis calorem manibus poterant tolerare. Mox autem, ut
cessauit oratio, refrigeratus est.

Accidit itaque hoc mirum anno ante mortem Dei famulæ: &
iunenis ad ordinem FRATRVM MINORVM se transfluit, sic attractus.
Contigit hoc frequenter & aliis, pro quibus ipsa Dominum exora-
bat. Discite quo charitatis ardore feruebat, quæ calore suo fluxum se-
cularis concupiscentiae siccavat, & ad amorem æternitatis inflamat.

*De veneratione deuotissima mysteriorum
reliquiarumque.*

CAPVT VIII.

Diuinis mysteriis & ministeriis cum omni reverentia aderat, in-
tentâ corpore & mente. Sanctorum quoque gesta & facta reli-
giosa colens pietate reuerebatur; & sacras eorum RELIQVIAS condig-
no & dulci amplectens amore, confuecit Christiano more candelis
ardentibus, & thure accenso deuote & venerabiliter honorare. Num-
mos, quos ad altare pro Dei & sanctorum reverentia more catholico
deferebat, suarum labore manuum acquirebat. Deum mente gerens
cùm ad quosdam religiosos pauperatem professos venisset, videns in
Ecclesia eorum sculpturas sumptuosè deauratas, circiter viginti qua-
tuor assistentibus sibi dixit; Sumptus hos fructuosius vestro victui ad-
hibuissestis & amicetui: cùm harum veritatem imaginum oportet nos
in corde scriptas potissimum retinere. Cùm autem quidam coram eade
quadam pulchra imagine faceret mentionem, respondit; Ego iconam
talem opus non habeo: veritatem enim eius in pectore meo porto.

*De contemplationis gratia in qua
diu permanxit.*

CAPVT IX.

Frequenter cùm à pietatis opere vacabat orationi vel contempla-
tioni potius Dei famula cùm solitaria erat, oculis, manibus, cor-
deque

deque ad Deum sulpensis deuotissimè intendebat. Lachrymas fundens largissimè, nunquam tamen ut à flentibus affolet, faciem deformabat. Fluebant tanquam de fonte, vultu eius serenissimo & iocundissimo existente. Erat namque gaudens & iocundissima etiam in tribulatione; adeò quod nunquam visa sit molestiam pati; resulgebat in ea conueratio amabilis, actio humilis, habitus contemptibilis, affectio sancta, cogitatio sincera, mundum cor, conscientia bona, intellectus purus & simplex, fides non facta, spes inuicta, charitas perfecta, vita immaculata, contemplatio continua.

Non discrepas nec mireris in his, quæ audis; luce enim clarus cuncta patent. Rapiebatur enim in excelsum & extasim mentis; sed non erat in eius raptu rara hora, & breuis mora, verum multa frequētia & persistentia diuturna; siquidem per horas aliquot perdurauit. In illo itaque diuino lumine consolata & informata intellexit & didicit, unde tanta perfectio emanauit. Inde enim humanæ infirmitati influit, quo in hac mortali vita prudenter, fortiter, temperanter, iusque vivatur. Ibique angelicas visitationes, visiones, & allocutiones, multas que reuelationes tam diebus, quam noctibus habere meruit, quæ tam omni studio occultauit.

Ipsum quoque Dominum Iesum facie ad faciem, multitudine sanctorum comitatū vidit, se benignissimè alloquendo consolantem, & apprendendo confortantem. Quam ob rem cùm à secreto contemplationis veniret, cernebatur facies eius splendore mirabili resulgere; & quasi solis radii ex eius oculis procedebant. Splendida quippe fiebat facies eius, dum respiceret in eam Dominus. Videntesque, qui digni erant, claritatem ipsius, mirabantur valde. Cumque, sicut dictum est, per horas aliquot rapiebatur in spiritu, postmodum diutissimè permanxit, quod nullo cibo corporali, vel modicissimo pascebatur. Resciebatur namq; intus inuincibili mentis cibo.

Multa quidem & alia de hac fœmina dici poterant, & debuerant; sed in omnibus fastidii mater prolixitas est cauenda. Nempè natum cius generositatem, conuersationis humilitatem, vitæ sanctitatem, mundi contemptum, patientiam aduersitatum, largitatem elemosynarum, mirabilem operum & virtutum effectum vix aliquis sufficiet enarrare. Hac autem breuiter paucis verbis perstricta sunt ad virilitatem Ecclesiarum, vt laudetur in ea Iesus

CHRISTVS sponsus eius, qui est benedictus in secula.

Cc 3

LI-

LIBER OCTAVVS.

*Quomodo sancta Elizabeth mortem
suam predixit.*

CAPVT I.

CVM beata ELIZABETH de ærumnis & laboribus huius mundi ad æternitatis gloriam transitura esset, apparens ci in visu Domini, vocavit eam, dulciter loquens ei: *Veni dilecta mea in preparatubi tabernacula ab æterno. Iam verò tunc ægrotauit, vir DEI MAGISTER CONRADVS de oppido MARBVRC SACERDOS, & graui infirmitatis molestia torquebatur. Et introiuit ad eum visitandum infirmorum consolatrix DEI famula ELIZABETH.* Factum est autem dum fabularentur inuicem, interrogavit eam sacerdos infirmus, dicens: *Quomodo, mi domina, & filia post mortem meam flatum tuum proponis ordinare? Tunc DEI famula de morte sacerdotis nil respondens, suipius us obitum eidem indubitanter predixit, quem SPIRITV SANCTO præcognouerat reuelante. Et ecce die quarta post hac verba ægritudinem DEI famula incidit, in qua ex hac luce subtrahita mortem perdit, & vitam æternam adiit.*

*De ægritudine beatæ Eliza-
beth.*

CAPVT II.

CVMque per dies duodecim, & amplius in ægritudine DEI famula laboraret, assidens eius lecto decubentis die quadam vna ex ancillis eius æquiuoca, audiuit quasi intra guttur eius vocem dulcissimam. Post pusillum conuertens se ad ancillam (iacuerat enim ad partem versus) dixit: *Vbi es dilecta mea? respondit ancilla: Adsum, & adiecit, O domina, quam dulciter cantasti! Quæsuīt ergo ab ancilla, si quid audisset. Et dixit, Etiam. At illa, Dico tibi, quod inter me & partem auicula quædam mihi iocundissimè cantauit. Cuius dulcedine excitata, oportebat & me cantare. Tertia verò die eius obitum præcedente iussit a se omnes seculares exclusi personas, nec etiam nobiles, qui ad eam frequenter visitandi gratia venerant, ad se voluit intromitti.*

Re-

Requisita vero, cur aduenientes excluderet, circum sedentibus suum statu dixit: Volo de extremo districti iudicij examine, & de meo omnipotente iudice meditari. Post hæc dominica ante Octauam MARTINI proxima post cantatas matutinas confessionem eius præfatus audiuit sacerdos: Verum mundum cor, & pura conscientia nil recoluit, quod non per veram compunctionem sèpius fuerit expurgatum. Ofelicem conscientiam, quæ non ad extremam vitæ horam suam deferre voluit peccitantiam.

Designis eximiae devotionis eiusdem.

CAPUT III.

Completa confessione, quæsiuit sacerdos, quid de sua substantia & supellectili decreuisset faciendum. Respondit: Omnia quæ iam dudum videbar possidere, erant pauperum. Rogauitque ipsum magistrum, ut omnia illis distribueret; præter vitem tunicam, in qua voluit sepeliri. Testamentum non statuit: hæredem propter Christum habere noluit.

Sed nec de pompa funeris, & exequiarum solenniis cogitauit, testamentum pacis, hæreditatem immarcessibilem, immortalitatis stolam, societatem angelicam, & cœlestem quærens habitationem. His & filiis libus cui magistro petractatis, circa horam primam allata sunt ei veneranda corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi sacramenta, quæ plena fide & devotione tota desiderauerat.

Quæ sinceritatis affectione, quæ mentis puritate, quanto cor dis desiderio, & spirituali gaudio hoc suave & internum acceperit epulum, nullum estimare posse arbitror, præter ipsum, quem in hoc ipso conuiatore, & viaticum, ducemque, quo pergebat itineris assumere digna fuit. Attamen quæ apparuerunt extrinsecus visibiliter hominibus pietatis iudicia interioris gratiæ extiterunt certissima argumenta. Ex tunc quippe per totam diem usque in horam vespertinam deuotissima permanxit; ut poterit mensæ cœlestis particeps effecta, & sanguine vita, qui Christus est meracissimo, debriata. Erat illo die in ore eius freques verbum veritatis, & aperiens os suum sapientia, loquebatur de optimis, quæ in prædicatione audierat; eructans de corde suo verba bona; & lex clementiæ audiebatur in lingua eius. Loquebatur autem ex abundatia cordis sui, quomodo beatas illas sorores MARIAM dico & MARTHAM in suscitatione fratris sui LAZARI Dñs Iesu

con-

N.J.S.J.J
m. b.
S IV
27

208 *Theodorici Turingi de S. Elisabeth Vngar. Reginæ,*
consolari dignatus est. Et tractans quemadmodum illis lachrymanti-
bus collachrymatus fleuit super mortuum, memoriam abundantia-
suanitatis domini eructauit affectu & effectu.

Quedam religiose personæ, quæ affuerant, audientes hæc ver-
ba, per gratiam in eius labiis diffusam, deuotione accensæ, lachrymis
resolutæ fleuerunt. Quibus sancta Dei ad mortem iam tendens; do-
mini ad mortem euntis verba oris eius dulcia memorauit, dicens: Fi-
lia Hierusalem, nolite flere super me, sed flete super vos. Hoc dicto
obtivit. Mira res. Tunc voces suauissimæ sine omni motu labiorum
in eius gutture audiebantur. Cumq; circumfidentes ab ea quare-
rēt, quid hoc esset; requisiuit ab eis, dicens: Nunquid audistis aliquos
me cum decantantes?

Hic nulli fidelium dubitare conceditur, quando supercoelesti-
um agminum eius exitum præstolantium suavem ac mulcerebrem,
cui concinuerit tam dulciter, audierit armoniam, cantans cum ipsi
gloriam Domini. Deinde à crepusculo iacuit, quasi exultans & iubi-
lans, eximiæque deuotionis signa præferens & ostendens vlique ad gal-
li cantum. Imminente autem gallicinio tanquam iam secura in Do-
mino assidentibus sibi dixit: Quid faceremus, si se nobis inimicus hu-
mani generis diabolus ostenderet? Quo dicto post paululum alta & li-
bera voce, quasi dæmonem repellens exclamauit, dicens: Fuge, fuge.

*De extrema expiratione sancte Eli-
zabeth.*

CAPVT IV.

Avidito autem primo galli cantu ELIZABETH dixit; Ecce instat
hora, in qua virgo peperit Dominum; & intulit ad præsentes.
modo loquamus de Deo & pueru IESV; quia instat media nox, quan-
do natus est IESV, & in præsepio reclinatus quieuit, nouamq; stellam
sua omnipotentia creauit, quam nunquam aliquis prius vidit. Huius-
modi loquens, iocundissima fuit, tanquam non infirmaretur. Ait nam-
que: Licet debilis sim, nullius tamen infirmitatis molestiam sentio, vel
dolorem. Hæc dicens, omnes sibi assidentes Deo deuotissime com-
mendauit. Itaque per totam diem illam & noctem, ut prædictum est,
sacratissimis mentis affectionibus in Deum eleuata, diuinissimis quo-
que eloquiis & colloquiis spiritu inflammata, tandem iubilando re-
quieuit, & quasi suauiter obdormiens inclinato capite expirauit. Sicq;
à do-

à dolore mortis extranea, occurrentibus & comitantibus angelis & sanctorum choris, ad regna euoluit siderea. Tunc quæ aderant eius tamulæ aliæque deuotissimæ foeminae corpus sacrum cum reverentia componentes, tunica, sicut desiderauerat, induerunt. Quod à Religiosis & à Clero ac populo in capellam cum canticis & orationibus, & cum multis lachrymis deportatum est.

De exequiis circa sacrum corpus exhibitis.

CAPVT V.

Comperta autem eius morte MONACHI CISTERCIENSES, aliique Religiosi, & Clerici, diuites insuper & pauperes ad tām sacras exequias ex omni parte cum deuotione venerunt. Plurimi verò fidei virtute sublimes, eius pilos capitis, alii digitorum vngues, alii pannorum particulas præcidebant, & pro sanctuario referuabant. Magnus erat dolor & fluctus pauperum, deuotus lucretus omnium, maxima præcipue lumenta infirmorum, tanquam si mater omnium extitisset.

Exigente autem deuotione populi, vsque in diem quartum sacrum corpus super terram in medio multitudinis & psallentium est relatum. Erat namque non horror, sed honor; non abominabile, sed amabile, cernere mortuum corpus istud. quod nullum omnino præter pallorem solum mortis indicium præferebat. Inerat carni quædam, tanquam viueret, teneritudo; & in partem hinc & inde ad libitum contrectan. ium leniter flectebatur. Et quoniam hoc sacro sanctum corpusculum non fuit, nec est, nec erit secundum vitiorum stabulum, sed fuit, & est, & erit diuinorum apotheca charismatum, virtutumque, & gratiarum alabastrum; idcirco non de ipso detectans prauitas factoris, quæ præsentes inficeret, verum mirifica suauissimi odoris iocunditas produxit: quæ mentes reficeret, sensum delectaret. Quis tanti aromatici corporis præsentiam non affectaret? quem huius mundissimæ carnis aspectus non delectaret?

De venerabilis & lachrymosa sanctæ Elizabeth sepultura.

CAPVT VI.

Q Varia tandem die post celebrata deuotissimè ac solennissimè Dd Mis-

AJSJJ
m. b.
S IV
27

210 Theodorici Turingi de S. Elizabeth Vngar. Regina,

MISSARVM Officia purissimum illud balsamum suo vasculo conce-
ptum sepulturæ tradiderunt gemmam preciosissimam sub despctibili
lapide reponentes. Iterum fiebat multarum effusio vberrima lachry-
marum. Factus est ploratus & vulnus. Infundebatur pectorib⁹ compunc-
tio: accendebat piis deuotionis oratio. Eratq; omnibus in cō-
muni vox laudis, & gratiarum actio. Acta sunt hæc apud oppidum
HASSIÆ MARBURG in CAPELLA XENODOCHII PAPVERVM: quod
ipsa nobilis REGIS filia, CHRISTIQUE famula eximia SANCTA ELIZA-
BETH suis sumptibus construxerat.

Interfuerunt Abbates multi, viri que religiosi, ac populi multi-
tudo, quos ibidem Cleri prouidentia & voluntas disposuerat congre-
gandos cum omni pietate Christiana, ac celebri reuerentia, tam glo-
riosi funeris exequias consummantes, Anno incarnationis dominicæ
millesimo ducetçimo tricessimo primo, mense Nouembri quarto die
obitus eius terra condita est, migrante anima ad requiem opulentam.
Ad quam ipsius suffragiis nos perducat Dei filius Dominus noster Ie-
sus Christus, qui est benedictus in secula, Amen.

*Hec vñ
ad caput
7. non sunt
in codice
m. i. Rob-
ertensis.*

*In m. C. hic
situlum e-
rat. De
quodam
magno
Prælato.*

Die post hanc sepulturam proxima, accessit quidam Ordinis
Cisterciensis Monachus ad tumulum, inuocans in beata ELIZABETH
plena fide Dominum Iesum Christum. Qui à plaga cordis, ac mentis
morbo, quo per quadraginta annos & amplius turbulentus langue-
rat, per mercenarium consolatricem liberatus est, & hoc iuramento
confirmauit.

Accessit alter vir nobilis clari sanguinis ac sublimis Prælationis,
qui horrendis vitiis intricatus, lubrico carnis misericordiæ & detesta-
biliter laborabat. Hic fœdissimorum criminum, quibus vrgcabatur,
horrore confusus, ad confessionis præsidium frequentius veniebat.
Verum post confessionis tutissimum portum, rursus tempestate tem-
tationis exorta, in altitudinem relabens turpitudinis, ruina despera-
bili mergebatur. Is pollutus, & immundus, & obsecenis peccatorum
fordibus, tanquam sus in volatbro volutatus, ad tumbam amaticis
mundisæ sanctæ ELIZABETH cum multa deuotione accedens, lachry-
marum fluiuos cum intima cordis fundens contritione, orationi non
perfunditorè, sed diutissimè cum furore valido assistebat. Nec desti-
tit, donec appropinquaret deprecatio eius in conspectu altissimi, &
introiret clamor eius in aures eius. Sanè precibus dilecta sua ELIZA-
BETH suscepit Dominus orationem tribulati pauperis, sensique sibi
quan-

quandam spiritualis consolacionis superinfundi gratiam, per quam deinceps impulsibus obsecratur vitorum. Quod postmodum venerabilis viro Magistro Conrado de Martburg in confessione cum magna attestacione, afferuit: quod ex tunc stimulus carnalis lubricitatis sic in ipso extinctus fuit, quod postmodum non apprehendit eum, ut prius tentatio vchemens; sed nulla; vel tam leuis, cui facilius resistebat.

Aliis itidem spiritu superbiae inflatis, aut iracundia, vel iniuria stimulis agitatis, seu parcitatis aut auaritiae vinculo frenatis, & quibus cunque vitorum spiritualium motibus occupatis, beata ELIZABETH vitorum extirpatrix, deuote inuocata, expurgatis vitorum immunatius, meritis suis per Dei gratiam effectum impetravit virtutis. Hæc sunt gloriofissima miracula. Quibus non tantum ægritudines morborum, sed morbi sanantur mororum: quibus non moritura corpora, sed in aeternum, victura curatur anima. Quæ tanquam digniora & valiora, quia spiritualia, interiorem hominem sanctificantia, nō imerito locum obtinent principalem.

Sunt nimicum & alia, quæ non fidelibus, sed infidelibus in signum data sunt exterioris hominis curationi concessa, quibus coruscat nostra coelestis medica ELIZABETH beatissima incessanter. Nam ad eius tumbam ipsius suffragantibus meritis, cœcis lumen, surdis auditus redditus, claudus graditur, mutus loquitur, captivi compedes, & carcere quadrupes paralyticæ, epileptici, phrenetici curantur; demoniaci liberantur; mortui resurgent, leprosi mundantur; & cateruatum veniens populus in variis miseriis optatum consequuntur præsidium. Quorum explicitam narrationem oportuniori tempori reseruamus: hoc addentes, quod ibi, quod quisque cum debita humilitate petit, accipit; quod cum fidei alacritate querit, inuenit; cum instantia devotionis pulsanti ianua gratiae aperitur, Domino Iesu Christo præstante, qui est super omnia Deus benedictus in secula seculorum. Amen.

*De miraculis ad sedem Apostolicam
transmissis.*

CAP V T VII.

Cum ad declaranda famulæ Iuxæ ELIZABETH merita, in loco ubi
Dd 2 cor-

A.J.S.J.J.
m. b.
S IV
27

212 Theodorici Turingi de S. Elizabeth Vngar. Regina,
corpus eius quiescit, Deus omnipotens virtutum multiplicaret insi-
gnia, constructa sunt in ipsa capella ad laudem eius à fidelibus duo al-
taria. Quæ dum venerabilis dominus *SEVFIRDVS Moguntinus Archiepiscopus, sicut evidenter in reuelatione acceperat, ad preces de-
uoti viri Magistri CONRADI prædictoris verbi Dei in die sancti Lau-
rentii dedicaret. Præfatus prædicator populo qui ex omni parte con-
fluxerat infinitus, iniunxit, vt qui aliquam curationis gratiam meri-
tis Dei famulæ ELIZABETH percepissent, sequenti die manè Archiepiscopo se præsentarent, quod circa ipsos actum foret per Dei grati-
am, per testes fideler probaturi. Conuenit igitur non modica multitu-
do. Archiepiscopus autem Moguntinus evidenter conscribi fecit:
suoque ac aliorum Prælatorum sigillis roborari ad sedm Apostoli-
cam transferenda.

De examinatione miraculorum.

CAPUT VIII.

Igitur pater sanctissimus GREGORIVS Papa nonus de trans missa à
venerabili SEVFrido Moguntino Archiepiscopo beatissimæ ELI-
ZABETH miraculis facta examinatione diligent, maturo nihilominus
ac prudenti fretus consilio, & super omnia sancti Spiritus ordinante
prudentia, disponente clementia, præmonenteque gratia; decreuit
beatam ELIZABETH sanctorum in terris ascribendam catalogo, quæ
in vita conscripta libro cum ipsis exultat in æternæ beatitudinis re-
gno.

Lectis ergo coram omnibus, quæ de sanctitate vita & miracu-
lorum gloria beatæ ELIZABETH fuerant recitanda; accensa multitudo
deiatio in eius canonizationem vnamiter & ardenter declamauit.

De solenni canonizatione sancte Elizabeth.

CAPUT IX.

Tunc præsentibus venerabilibus viris HIEROSOLYMITANO vide-
licet & ANTIOCHENO PATRIARCHIS, & multis reverendis Pâ-
tribus, Archiepiscopis & Episcopis, aliisque quam plurimis Prælatis
Cleri religiosorumq; ac populi innumerabili multitudine, facta pro-
cessione

cessione festiuæ, in die magno festiuitatis PENTECOSTES, septimo Calendas Junii canonizauit illam felicem & benedictam ELIZABETH: dans illi nomen grande, iuxta nomen magnorum, qui sunt in celis, & sanctis nomen eius connumerans, & connominans, ipsam inter sanctos inuocauit; ac in Sanctorum catalogo annotari præcepit: indicet que constituit per scripturam, demandans, ut dies sacræ migrationis eius annua deuotione inter sanctorum festiuitates ab viuuersali Ecclesia venerabiliter recolatur. O felicem & religiosissimam feminam, quam cum tot sanctis Patribus ac sapientibus viris Apostolicæ auctoritatis cellitudo eo honoris fastigio, quo maiorem militantis Ecclesie dignitas non habet, rectissime & reverentissime sublimauit. Et ecce inter sanctos fors illius est, & inter filios altissimi computata.

Peractum est hoc CANONIZATIONIS OFFICIVM PERVSIT IN CONVENTY FRATRV M ORDINIS PRÆDICATORVM, ANNO INCARNATIONIS DOMINICÆ MILLESIMO DVCENTESIMO TRICESIMO QUINTO, SEXTO KALENDAS IVNII. Constitutu est autē ibidē ALTARE in honore ipsius, quod idem summus Pontifex GREGORIVS deuotione pia honorans, dotauit tringita dierum indulgentiam aduenientibus quotidie, & adorantibus misericorditer relaxando. Fratres quoque illius conuentus festum diem beatæ ELIZABETH yadē solenniter recolunt, & deuotè officium tam nocturnum quam diurnum, sub melodia officii patris lui sancti DOMINICI celebriter peragentes.

De translatione beatae Elizabeth.

CAPVT X.

ADiecit adhuc humilium exaltator altissimus magnificare ancilam suam ELIZABETH humilem, & corpus eius lacrum in inserrimitate sepultum, miraculorum prodigiis crebris celebriter frequetatum, amplioribus suæ dignationis beneficis visitans, contemptibili ulterius loco recondi noluit, sed pro laude sua de puluere pauperem, & egenum voluit de stercore suscitari.

Post tam solemnem itaque, quæ per beatissimum PAPAM GREGORIVM nonum gesta est canonizationem, inspirauit cordibus fideliūM SPIRITVS SANCTVS, vt ossa cum CHRISTO regnantis de sepulchro eleuata humili, ad locum transferrent digniorem, tantæque magis cōgruum sanctitati. Igitur die statuto ad indictam sacrofanci corporis translationem, conuenit EPISCOPORVM, PRINCIPVM, NOBILIVM,

Dd 3 PRÆ-

254 Tho:derici Turingi de S. Elizabeth Vngar. Regina;
PRAEATORVM, RELICIOSORVM, CLERICORVM, & vtriusq; sexus po-
pulorum innumerabilis multitudo. Tunc effossa terra, & tumulo pa-
tefacto, non secundum morem sepulchorū fector putredinis, & ab-
ominatio corruptionis processit; sed odor pietatis & mundicie redi-
leuit, edificans & latificeans assilentes. Accedentes vero viri religiosi
& deuoti huic ministerio deputati, ossa sacrosancta de terra cum mul-
ta deuotione & reuerentia sullulerunt, ea in arca plumbea collocaentes,
qua clausa EPISCOPORVM SIGILLIS est fideliter consignata.

De desiderio populi.

CAPVT XI.

Expectabant autem & affectabant cum pio desiderio ambientes,
qui aderant, cupientes videre, amplecti, & osculari ossa illa sacra,
SANCTI SPIRITVS organa, de quibus tot manabant sanctitatum cha-
rismata.

O terra sancta, tanto consecrata deposito, tanti custos & conscientia
sacramenti! Huius enim temporis felix aetas, cui se talis thesaurus aper-
ruit, tantum manus gratiae se ostendit. Verè thesaurus inastimabilis,
in quo pauper, quod iuuet, inueniat; diuus habet, quod delecat. Ibi
peccator veniam, ibi agrotus, si postulat medicinam inuenit. O san-
ctissimi gleba corpusculi, tanti ponderis apud Dominum, apud ho-
mines tanta virtus, ut cecis visum, surdis auditum, claudis gressum,
vitam mortuis, omnibus praesertim gratiam sanitatum! Pauca heretica
vesania prauitatis, & Iudaica cœcitatibus perfidia contabescat. Hanc in-
sanam, ELIZABETHÆ monstravit fides, illam ostendunt miracula fore
cœcam. Taceat animalis sapientia huius mundi, quam haec scemina
stulte sapiens, & sapienter stulta confudit. Cuius loculum sepulture
angeli frequenter visitant, requirunt populi, magnates inspicunt, &
ROMANVM IMPERIVM se inclinavit ad videndum. Quis enim in huius
tam suauifragantia odore non currat? Vnguentu virtutum ubique
distillant, redolent aroma gratiarum: & ELIZABETH corpore pullu-
lante fidei reuirescit amoenitas, ac Ecclesiæ reflorentis calore spirante

redundat odoribus horus eius. Quem in scemina tam sanctæ
nouitatis pulchritudo non trahat? Quem non
alliciat tam nouæ species sanctæ
titatis?

De

Desublimibus personis, qua aderant,
& oblationibus.

CAPUT XII.

ADerat proinde gloriosissimus quidem tunc FRIDERICVS IMPERATOR suis PRINCIPIBVS stipatus & militibus: ad honorem eius CORONAM offerebat AVRAM in titulu REGIA & dignitatis. HENRICVS quoq; LANDGRAVIS illustris THYRINGORVM PRINCEPS, vna cū fratre suo CONRADO, & matre domina SOPHIA, alifq; vtriusq; sexus nobilibus lectulum sepulchri ELIZABETH miraculis floridum amiebant, reuerenter oblationibus condignis & orationibus honorantes. Præterea præclarus vir dominus SELFRIDVS MOGVNTINVS dicecessus ARCHIEPISCOPVS cum suis suffraganeis, & venerabiles Patres COLONIENSIS & TREVENSIS ARCHIPRÆSVLES cum aliis multis EPISCOPIS huius sacra TRANSLATIONIS celeberrimum gaudium venerabiliter peregerunt.

Ex diuersis itaque nationibus, populis & linguis talis ac tanta ibi fuit multitudine collecta, qualis in ALEMANIAE partibus vno in loco vix unquam potuit, vel in futurum poterit congregari. Oblationum vero tam abundans & affluens copia erat, qua non facile valuit aspergi mari.

*Consideratio operationis diuinæ circa
hoc negotium.*

CAPUT XIII.

Intueri libet misericordiae diuinæ maiestatis admirandum in hoc opere ordinem & amandum. Ecce hæc, qua mundi gloriam respuit, & in hac vita magnatorum confortia recusauit, dignitate PONTIFICIALIS OFFICII, & IMPERIALIS MAIESTATIS obsequiis magnificè honoratur. Et quæ in hoc tempore nouissimum locum eligens, sedebat in terra, dormiuit in puluere; nunc REGIS & PRINCIPVM manus in sublime susstollitur. Et ad locum, quo priorem militans Ecclesia non habet, summo cum honore transfertur. Omne enim temporalis gloria fastigium transuolat, similem factam esse in gloria Sanctorum. Vultum namque eius deprecantur omnes diuites plebis, & Reges munera offerunt, & Principes dona adducunt, adorant magna.

M.J.S.J.J.
S. IV
27

216 *Theodorici Turingi de S. Elizabeth Vngar. Regina,*
magnates, eisque seruiunt omnes gentes. Nec immoritò, vendidit
namque omnia, quæ habuit, & dedit egenis; facta est paupercula, om-
nemque substantiam suam pro nihilo computans, hanc fibi æternita-
tis margaritam impreciosabilem comparavit.

*De sacro oleo quod de ossibus sancte Eli-
zabeth emanauit.*

CAPVT XIV.

SVper hæc omnia magna & præclara, quibus eam in Ecclesia plebis,
& apud proximos suos exaltauit, adiecit diuina liberalitas magnifi-
care inter electos de plebe sanctam suam raro ac miraculo glorio. I.

Aperto quippe die sequenti sarcophago, in quo SANCTISSIMI COR-
PORIS ossa reposita, SIGILLIS PONTIFICVM fuerant consignata, inue-
nerunt ipsum sarcophagum cœlchiis roris benedictione copioso perfume.
Illa siquidem emanatio omnipotentis Dei fuit dextra. DOMINVS
IESVS CHRISTVS salutaris OLEI liquorē producens de sarcophagi
ossibus iussit emanare. Eratque sacra illius liquoris non modica diflu-
latio, sed abundans; eructans memoriam abundantissimæ suavitatis.
Processit itaque de ipso odor mirificus tanquam de fracto vnguenti
preciosi alabastro. Hæc nempe ossa exercitiorum spiritualium attri-
tionem multipliciter dissipata, & mortificatione fracta sunt. Vacuo-
num SANCTI SPIRITVS extiterant organa, & sunt facta nunc odoriferum
alabastrum. Hoc itaque salutiferum profluum & odoriferum
stillicidium, postmodum fidelibus insipientibus liquide patuit
oculata fide probatum. Ex illis etenim sacratis ossibus guttae liquoris
sancti, tanquam roris super gramen vel herbam descendentes, stant, &
distillant; illisque descendantibus vel abscessis aliæ paulatim renas-
centur, subtilissimæ tanquam sudor de poris corporis evanescens.

O verè condignum & congruum & rationi omnino consonum
miraculum! Specie si nempe & pullulans oliua ELIZABETHI, generosa
virtutum odore, floridaunctionis, pacisque germe fecunda, lu-
minis nihilomin' & medicaminis refractionisque virtute praedita, in
domo Dei, quod est Ecclesia, suauissimos fructus protulit & salubres.
Vncta quippe SPIRITVS SANCTO, & virtute, in mansuetudine perfici-
ens opera sua, unitatem spiritus in vinculo pacis sollicita custodivit.
Per exemplarem quoque vitae sanctimoniam ægris mentibus, & per
gratiam curationum languidis corporib' exhibuit Medicinam. Mul-
ta pati-

ta pauperum millia de suis panibus satiauit, totamq; Ecclesiam signis & prodigiis perlustrauit. Merito igitur huius dulcissimi liquoris, olei oliu^r odorifer^s decoratur miraculo, cuius sanctitatis tam luculenta puritas excellenter irradiat, lenit suauiter, abundanter satiat, fragrat sedolens opulentem.

Multa quidem & alia innumera comperta & probata sunt miracula, de quibus nullam specialem modo facimus mentionem; sed tangendo quedam breuiter generaliter duximus annotanda.

EPILOGVS BREVIS

Miraculorum.

CAPVT XV.

POrrò sicut electa Dei famula ELIZABETH beatissima mirandis virtutum signis in vita claruerat, sic & à die transitus sui beati usque in prefens per diuersas mundi partes præclaris miraculorum prodigiis, diuina eam potentia glorificante, coruscat. Nam, cœcis, mutis, surdis, & claudis, hydropticis, dæmoniacis, & leprosis, naufragis, & capitius, ipsius meritis remedia conferuntur: omnibus quoque morbis, necessitatibus, & periculis subueniuntur. Sed & multis mortuis, puta secundum, per ipsam mirifice suscitatis, innotescit fidelibus mirificans sanctam suam magnificentia virtutum altissimi. Cui est honor & gloria per infinita secula, Amen.

NB.

N.J.S.J.J

7. b. 1

SIV

27

F I N I S.

Ee H A -

